13
22 I
32

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

30.2.17
30
4
17
30
4
17
13-10-h-11

RENATI

CHOPPINI

ANDEGAVI I. C.

Et in Regio Pariſienſi Senatu

Cauſarum Patroni,

DE PRIVILEGIIS RVSTICORVM:

LIB. III.

O Fortunatos nimiùm, ſua ſi bona norint,
AGRICOLAS, *gnauóſque ſenes: extrema per illos*
Iuſtitia excedens Terris veſtigia fecit.



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnium, via Iacobæa, ſub ſcuto Baſilienſi.

M. D. LXXXX.

CVM PRIVILEGIO.

BENEVOLO LECTORI
RENAT·CHOPPINVS ANDEGAVVS·

S.

QVOD noſtris forſitan RVSTICVM meum ſordebat, hoc Germanis hominibus acceptum produnt Agrippinæ Coloniæ præla: quibus excuſum ſit denuò, ceu excultum Agreſte Opus iſtud An. 1582. è Francico tanquam ſeminario, Lutetiæ primùm ſato editóque An. 1574. Ac licet vtique noto Epigrammatarij verſu,

Vilia maternis fuerint quæ præcoqua ramis,
Hæc in longinquis Perſica chara fient:

Aliter tamen varium, quodcunque eſt, de Ruſculo meo iudicium interpretor, vt ſi præcociorem iſtius fructum nec reſpuerit externa Tellus, & ſuo etiam ſolo inſititium tulerit, minus iam indigenæ patrium Agrum, domini ſecunda manu cultiorem, aſpernentur. Sicuti enim noua ſenſim ac frequenti cultura aruorum prouentus augentur: Ita ingenij ſatu exaratos Codices voluere eſt, præmaturè quidem emiſſos in publicum, ſed bona ſpe exactioris operæ dehinc, curæque in eorum cenſuram & ampliationem adhibendæ: quam poſterior ſubinde Librorum ipſorum arguat editio. Nam & M. Cicero, quùm Rhetoricus Tractatus, quem iuuenis in lucem protulerat, haud ſatis placeret, de Oratore ſcripſit ad M. Brutum, & à ſe iam tradita pleráque prædamnauit. Eo modo Fab. Quintilianus, cùm de Rhetorica Libros duos compoſuiſſet, híque dein ſatis ſibi non probarentur, duodecim illos celeberrimos pertexuit: Quibus & priores emendauit, & maximam famam eſt aſſecutus. POSTQVAM *igitur maiorum vigiliarum Opus binum reuocaui ſub incudem, de* Domanio Franciæ, *& de* Sacra Politia, *relaxare pauliſper animum inſtitui, ac recolendo in hoc Rure, ceu amœniori Muſarum viridario ſuauiter expatiari. Vt autem lon-*

giuſculas illas Noctes, ac lucubrationes meas cuique communes feci, ſic Geniales pariter iſtos Dies, Ruſticanique ſeceſſus delicias. Ne quis fortè iam publicatum hunc AGRVM *meo cenſui adnumeret, mihíve priuatim gratuletur poſtea, quaſi Tityro Maronis.*

Fortunate ſenex, ergo tua Rura manebunt.

Cachant. *E Latio noſtro Pariſiis ſuburbano, Nonis Septembr. An.* CIↃ. IↃ. LXXXIX.

AVCTOR DILIGENTI RVRICOLÆ.

VT nobis ſaturi dànt pinguia culta iuuenci,
Sulcatúſque tuo replet horrea fundus aratro
His, quas falce legis procurua (Ruſtice) meſſes:
Sic tua Iura legas, calamo quæ operatus Agreſti
Iſtuc Romuleos tranſduxi ſparſa per agros,
Legibus & veterum Agricolis conſcripta Quiritum.
Iura benigna Deæ *Cereri, Cererìſque miniſtro:*
Ut quæ tam Legum terris, quàm ſemina Frugum
Prima dedit, meritos carpat de ſemine fructus:
Cultoréſque ſui agnoſcant Cerealia, Leges,
Munera, multiplici hos ipſos dignata fauore.
Ruris opes igitur, duri velut hirta Coloni
Et calloſa manus tractat, ſic Ruſtica Iura
Scribentis veniam manus bacillota precatur.
Nempe Minerua rudis Titulo eſt conformis Agreſti.

RENATI CHOPPINI ANDEGAVI I. C. ET IN SVPREMA PARISIORVM CVRIA ADVOCATI.

De Priuilegiis Ruſticorum.

Præfatio.

NVPER vrbano defeſſus opere, tantum è Rure meo cœpi otij fructum, quùm & ſata læta boúmque labores intentiùs contemplarer, vt iam non ab aratro euocandos eſſe cenſuerim in oppida magiſtratus, (quod factitarũt antiqui) ſed ex vrbe potiùs in agrũ Iureconſultos, qui bene merentes Agricolas ſua viciſſim Priuilegia grati memoréſque edocerent. Ruſticantur quidem interdũ Iuriſprudentes, Aſt alij merę voluptatis gratia, cuiuſmodi duo illi, qui ad Caietã & Lucrinũ conchas & vmbilicos legere conſueuerãt: Alij ſtudiorum cauſa, quo modo Labeonem ſex anni menſibus Vrbe ſecedere ſolitum, & Libris conſcribendis operam dare veteres memorarunt. Qui autem Ruſticorum hominum labores, quibus fruimur, hucuſque præmiis literariis fuerit remuneratus, ac ſua iiſdem Priuilegia ſigillatim, editis Libellis, porrexerit, ex Iure Romano decerpta, audiui neminem. Tametſi enim Agrorum Oeconomicas nònnulli, Politicas certè Leges Agrarias haud ſcio an hactenùs quiſquam in commentarios redegerit.

Præter notos alios Rei Ruſticæq; Oeconomicę ſcriptores, Tremelius Scropha, Iulius Atticus, Iulius Græcinus in eo genere floruerunt.

QVVM verò Legiferæ Cereri ipſam adeò Legum originem vates ferãt acceptam, vix ingratæ memoriæ notam effugerit quantumuis Agricolam laudet iuris legúmque peritus, niſi è domeſtico Legum forenſium penu ſua illi ſaltem

ac propria Ruſticorum Iura operta recluſerit, communicarit. Singularia enim Iura quædam haud temerè ſtatuta ſunt Aruorum cultoribus, vt ſeriùs abducerentur ab agro in vrbem, ab aratro ad ſubſellia, ab vſu Rerum Ruſticarum ad inſolitam litem atque iudicium. Solidum quippe Reipub. corpus triplici conſtat populi Ordine quaſi membris quibuſdam, Sacerdotio, Nobilitate, Plebe: Quorum duos ſuperiores ambitioſis ſcriptis proſecuti ſunt Iuris Interpretes: Sed neglecta Ruſticarum Rerum & plebeiarum interpretatione, viderint ipſi, ne in alterum Platonis præceptum commiſerint, qui dũ aliquas reipub. partes tuẽtur, reliquas deſeruêre.

Itaqve hoc ego Ruris hoſpes exaraui curſim Priuilegiorum gratum opus Agricolis, quo & ipſi demùm intelligãt ſe ſua opinione fœliciores, Iura cùm ſua norint, & Nos, ſi occupati profuimus aliquid ciuibus noſtris, proſimus etiam eorum colonis, ſi poſſumus, otioſi. Eodémque modo varij variorum Priuilegia ſibi propoſuerunt ſcriptis digerenda ac illuſtranda ſuis: Militum nempe, Mart. Laudenſis & Marcus Mantua: Clericorum, Bonicontus: Iuris doctorum, Petr. Lenauderius Cadomenſis: Dotium Priuilegia, Campeſius Bononienſis: Pacis, Corſetus: Iuramenti, Andreas Bononienſis: Scholarium, Pet. Rebuffus & Horat. Lutius: Lucas Parmenſis, Fiſci: Priuilegia Pupilli, Libertatis, M. Mantua: Paupertatis, Cornel. Benincaſius: Piarum cauſarum, Tiraquellus. Idcircò autem Ruſticana potiſſimùm Priuilegia literis complexus ſum, quia & alia innumera clarorum ingeniorum monumenta nemoribus ac lucis debeãtur, id eſt, Villæ ſolitudini, vel quidem ſuburbanę. Etenim

Horatius Lutius Callienſis.

Cornel. Benincaſius I. C. Peruſinus.

Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit vrbes:
Præter cætera, Romæ méne poemata cenſes
Scribere poſſe inter tot curas, tótque labores?
Hic ſponſum vocat: hic auditum ſcripta, relictis
Omnibus officiis: cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Auentino, viſendus vterque.

Proinde inter præcipuos Muſarum fructus numeramus, quòd nec in ſtrepitu, nec ſedente ante oſtium litigatore, nec inter ſordes ac lachrymas reorum doctiſſima conduntur opera, aut carmina componuntur: Sed ſecedit animus in loca pura atque innocentia, fruitúrque ſedibus ſacris. Hæc eloquẽtiæ primordia, (qua ſummam penè Fori noſtri metimur

dignitatem) hæc penetralia, hæc primùm habitu cultúque commoda mortalibus, in illa caſta, & nullis contacta vitiis pectora influxit: ſic oracula loquebantur.

Regaliorum nomine hic intelliguntur Libri. 3. *De Dominio Coronæ Franciæ*, antea ab eodem Auctore cum ipſius Annotat. editi.

Nonnvllis tamen videbor hoc loco fortaſſis oblitus decori, qui tractatis paulo antea Regalibus, ad Ruſticana nunc & plebeia deſcenderim, * ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, vt eſt in prouerbio. Quaſi verò non idem Paſcua, Ruta, Duces olim poëmate decantarit. Quin etiam ea eſt inter vtrumque, Regum & Ruſticorum Paſtorum munus affinitas, vt Homerus non dubitarit, Regem * ποιμένα λαῶν appellare. Imò Romani Regum domini feſto plauſu amplexi ſunt Magonis Pœni libros de Agricultura octo & viginti, decretúmque Senatuſconſulto, illos in Latinum ſermonem verti, cum elogio, vt is Ruſticationis parens veneratione dignus haberetur. Quo minùs mirandum, Dejotaro regi nuncupatos fuiſſe Diophanis de re Ruſtica commentarios, & Auguſto, de herbarum vſu, Caij Valgij: vt Cepuricōn quoque volumen à Sabino tyrone ſibi dicari glorioſum Mœcenas putauerit.

* Ab equis ad aſinos.

* Paſtorem populorum.

Cepurica, hortenſia.

Accipies igitur tantò æquiùs (Lector beneuole) ſubruſticum hoc Opus, id eſt, Agreſti conditum ſtylo, quòd & Ruſticis nunc primùm verè ſcriptum ſit, & Ruſticanis modò Priuilegiis accommodatum. Vale. E Villa noſtra Cachantia ad Lutetiam, quùm, ſolenni Curiæ Iuſtitio, ſemipaganus hæc raptim contexerē. Kalend. Octob. An. 1574.

AVCTORIS, AD PARISIENS. IVRECOSS. ORDINEM.

Rvstica ſint licet hæc, vultu porrecta ſereno,
Ne ſpernas Agri dona puſilla mei.
Indica fert ebenum, Solymorum, balſama, tellus:
Thure Sabæa, rubrò plena Falerna mero.
Purpureoque Tyros fœcunda ſuperbit amictu,
Veſtiflua vt foliis vellera Seres alunt:
Vt nemora Æthiopes molli canentia lana,
Aſſyrium decorat lucida gemma ſolum.
At meus hic profruge tibi otia promet Agellus,
Et domini in vacuo ludicra Rure vagi.
Scilicet Vrbe negotia, latis otia fundis
Sumimus, alternas poſcit vtrumque vices.
Ergo graues vrbana quidem inter munia Celſos,
Hoc leue ſed Ruri volue quietus Opus.

SVMMA OPERIS DIVISIO.

Ivs proprium Ruſticorum vel ad Perſonas refertur, vel ad Res, vel Actiones: Quorum ſingula diſtinctè ex trium Lib. ſequentium ordine exponemus.

1. Lib. PERSONIS primùm Immunitates conceduntur, ac Rigor Iuris in plerisque relaxatur.

2. RES autem Ruſticæ pertinent tum ad Agricolationem ipſam, tum ad Pecuariam, vniuerſam quoque ſoli cœlíve Ruſticani conſtitutionem corporibus animíſque ſalutarem.

3. ACTIONES denique Ruſticorum prærogatiuam habent & in Præparatoriis Iudiciorum, & Ordinatoriis, & Deciſoriis: nunc in Ciuili negotio, nunc in Criminali: Nec humano tantùm, ſed cœleſti etiam Iudicio per Duellum requirendo.

Ambigui Ruſticorum verbi interpretatio. VERVM ne ambiguitas verbi Lectorem fallat, eum præmonitum velim, Ruſticorum duplicem eſſe naturam ac conditionem: Alij Serui, Liberi alij. Illorum nonnulli, diſpenſatores Ruſticarum rerum ac villicarum rationum, qui ideò in Ruſtica ſunt familia, non vrbana, tametſi à Villicis multùm abſint. Ex Pomponio in L. vrbana familia D. De verb. ſignificat. E diuerſò quoque vrbana mancipia non loco, ſed opere ſeparamus: vt licet in prædiis Ruſticis ſint, tamen ſi opus Ruſticum non faciant, in vrbano eſſe miniſterio videantur. Reſponſo Pauli I.C. Lib. 2. Decretorum in L. Seruis vrbanis ff de legat. 3. & lege Dioclet. & Maximian. Impp. Si prædium Ruſticum Cod. de Præd. Minor. Sunt & Ruſticorum ſeruorum numero Villici, quos M. Cato, & L. Columella ita definiunt, vt Ruri præſint, & Agriculturam Ruſticáſque operas curent, eiſque ſecundùm domini vtilitatem præcipiant: Talibus Villicis ſerui ipſi agri cultores ſubiiciuntur. In hoc genere habentur Adſcriptitij glebæ, de quibus Iuſtinianus Cæſar in l. ne diutiùs De Agric. & Cenſit. lib. 11. Cod. Iiſdem ſimiles planè noſtrates homines *Manuſmortuæ*, de quibus Bohicus in Cap. Requiſiſti De teſtam. ſumpto exẽplo à Biturici Agri colonis quibuſdam, ſic obnoxiis Cœnobiarchæ Dionyſiano Franciæ, vt idem enarret, illorum bona ſine liberis decedentium, Moribus deferri patrono Cœnobiarchæ. Eò pertinent Inquilini, qui olim prædiis adhærebant. Apud Martianum lib. 6. Inſtitutionum in l. ſi quis inquilinos ff de legat. 1. Liberos autem Ruſticos trifariã interpretamur. Primò generatim, qui Rus inhabitant, etiamſi Ruſticanæ rei nullam nauent operam. Hoſtienſ. In Sum. De natis ex lib. vent. §. De Agricolis, & Benedict. In cap. Raynutiꝰ, in verb. & vxorẽ. Numer. 1025. Secundo loco, qui Rura ſua colunt, & in rem ſuam villatica tractant negotia. Quales potiſſimùm fruuntur Priuilegiis Ruſticorum infraſcriptis, neque ex eo ſtemma natalitium inquinãt, quaſi inſtituto vitæ ſordido nobilitatique indecoro. Vt diſertè aſſerit Angel. in l. Et ab antiquis Cod. de Teſtam. Bart. in l. Conficiuntur §. Codicilli ff de Iure Codicill. Et Iac. de Bellouis. in §. 1. Authen. Quib. mod. natur. effic. Legit. Quo ſenſu accipit Yſernias Ruſticos, etſi in vrbibus degant, mòdo in

Abbas S. Dionyſij in Francia, iuxta Pariſios.

Quinam verè dicantur Ruſtici, & in quo differant a ciue, adſcriptitio, & cenſito, Boetius expreſſim in Deciſione Burdigalen. 272.

opere Ruſticano verſentur. In Commentar. ad. 1. Conſtitut. Neapolit. De illicita armorum portatione. Tertio ingenui ſunr, alienorum Coloni aruorum, temporarij quippe, perpetui necnon mulri, ex formula perpetuarij contractus, Libellarij, Vectigalis, Emphyteutici, Cenſualis. L. 1. in fi. Cod. de Anno. & Trib. lib. 10. Cap. 1. de Decim. in Concil. Viennenſi. In ſumma, omne genus Agri tolerabilius eſt ſub liberis colonis, quàm ſub villicis ſeruis habere, id quod auctor eſt Iunius Columella.

VNDE, & hæc duo poſtrema præſertim liberorum Ruſticorum genera, ſequenribus Priuilegiis duximus exornanda:

Quare agite, ô proprios generatim diſcite cultus,
(Agricolæ) & vigili Iura haud ingrata Colono.

SVMMA OPERIS DIVISIO.

Ivs proprium Ruſticorum vel ad Perſonas refertur, vel ad Res, vel Actiones: Quorum ſingula diſtinctè ex trium Lib. ſequentium ordine exponemus.
1. Lib. Personis primùm Immunitates conceduntur, ac
2. Rigor Iuris in pleriſque relaxatur. Res autem Ruſticæ pertinent tum ad Agricolationem ipſam, tum ad Pecuariam, vniuerſam quoque ſoli cœlíſ ve Ruſticani conſtitutionem corporibus animíſque ſalutarem.
3. Actiones denique Ruſticorum prærogatiuam habent & in Præparatoriis Iudiciorum, & Ordinatoriis, & Deciſoriis: nunc in Ciuili negotio, nunc in Criminali: Nec humano tantùm, ſed cœleſti etiam Iudicio per Duellum requirendo.

Ambigui Ruſticorum verbi interpretatio.

2 Verum ne ambiguitas verbi Lectorem fallat, cum præmonitum velim, Ruſticorum duplicem eſſe naturam ac conditionem: Alij Serui, Liberi alij. Illorum nonnulli, diſpenſatores Ruſticarum rerum ac villicarum rationum, qui ideò in Ruſtica ſunt familia, non vrbana, tametſi à Villicis multùm abſint. Ex Pomponio in L. vrbana familia D. De verb. ſignificat. Ediuerſò quoque vrbana mancipia non loco, ſed opere ſeparamus: vt licet in prædiis Ruſticis ſint, tamen ſi opus Ruſticum non faciant, in vrbano eſſe miniſterio videantur. Reſponſo Pauli I.C. Lib. 2. Decretorum in L. Seruis vrbanis ff de legat. 3. & lege Dioclet. & Maximian. Impp. Si prædium Ruſticum Cod. de Præd. Minor. Sunt & Ruſticorum ſeruorum numero Villici, quos M. Cato, & L. Columella ita definiunt, vt Ruri præſint, & Agriculturam Ruſticáſque operas curent, eiſque ſecundùm domini vtilitatem præcipiant: Talibus Villicis ſerui ipſi agri cultores ſubiiciuntur. In hoc genere habentur Adſcriptitij glebæ, de quibus Iuſtinianus Cæſar in l. ne diutiùs De Agric. & Cenſit. lib. 11. Cod. Iiſdem ſimiles planè noſtrates homines *Manuſmortuæ*, de quibus Bohicus in Cap. Requiſiſti De teſtam. ſumpto exẽplo à Biturici Agri colonis quibuſdam, ſic obnoxiis Cœnobiarchæ Dionyſiano Franciæ, vt idem enarret, illorum bona ſine liberis decedentium, Moribus deferri patrono Cœnobiarchæ. Eò pertinent Inquilini, qui olim prædiis adhærebant. Apud Martianum lib. 6. Inſtitutionum in l. ſi quis inquilinos ff de legat. 1. Liberos autem Ruſticos trifariã interpretamur. Primò generatim, qui Rus inhabitant, etiamſi Ruſticanæ rei nullam nauent operam. Hoſtienſ. In Sum. De natis ex lib. vent. §. De Agricolis, & Benedict. In cap. Raynuti⁹, in verb. & vxorẽ. Numer. 1025. Secundo loco, qui Rura ſua colunt, & in rem ſuam villatica tractant negotia. Quales potiſſimùm fruuntur Priuilegiis Ruſticorum infraſcriptis, neque ex eo ſtemma natalitium inquinãt, quaſi inſtituto vitæ ſordido nobilitatiq́ue indecoro. Vt diſertè aſſerit Angel. in l. Et ab antiquis Cod. de Teſtam. Bart. in l. Conficiuntur §. Codicilli ff de Iure Codicill. Et Iac. de Bellouis. in §. 1. Authen. Quib. mod. natur. effic. Legit. Quo ſenſu accipit Yſernias Ruſticos, etſi in vrbibus degant, mòdo in

Abbas S. Dionyſij in Francia, iuxta Pariſios.

Quinam verè dicantur Ruſtici, & in quo differant a ciue, adſcriptitio, & cenſito, Boetius expreſſim in Deciſione Burdigalen. 178.

opere Ruſticano verſentur. In Commentar. ad. 1. Conſtitut. Neapolit. De illicita armorum portatione. Tertio ingenui ſunt, alienorum Coloni aruorum, temporarij quippe, perpetui necnon multi, ex formula perpetuarij contractus, Libellarij, Vectigalis, Emphyteutici, Cenſualis. L. 1. in fi. Cod. de Anno. & Trib. lib. 10. Cap. 1. de Decim. in Concil. Viennenſi. In ſumma, omne genus Agri tolerabilius eſt ſub liberis colonis, quàm ſub villicis ſeruis habere, id quod auctor eſt Iunius Columella.

VNDE, & hæc duo poſtrema præſertim liberorum Ruſticorum genera, ſequentibus Priuilegiis duximus exornanda:

Quare agite, ô proprios generatim diſcite cultus,
(Agricolæ) & vigili Iura haud ingrata Colono.

INDEX PARTIVM ET CAPITVM LIB. I.

De Iure Perſonarum Ruſtic. Partes Duæ.

Prioris, De Vacatione & Excuſatione munerum. Cap. 12.

1 *DE Muneribus & oneribus, Agricolæ (præter Ruſticum opus) non imponendis.*
2 *De Publicis muneribus perſonalibus.*
3 De *Patrimonialibus.*
4 *De Excuſationibus Tutorum.*
5 *De Ruſtico à tutela remoto, nec tamen infami, nec vſuris otioſæ pupillaris pecuniæ obnoxio.*
6 De *Curatore debitorum bonis conſtituto.*
7 *De Ruſtico debitore vinculis non coërcendo, dèque Aratoriis inſtrumentis iure pignoris non capiendis.*
8 *De Antichreſi prædiorum Ruricolæ.*
9 *De Villicorum debitoribus.*
10 De *Colonis ob vectigal prædiarium à domino ſuperiore non inquietandis.*
11 *De Ruſticana ciuilium vrbanarúmque functionum vacatione.*
12 *De Immunitate Dominis competente ad Colonos quãdoque extendenda.*

ALTERA PARS

DE REGVLIS IVRIS AB AGRICOLA NON ſtrictim exigendis, *Cap. 6.* abſoluitur.

1 RIGORE *Iuris interdum Legibúſque Vicanum ſolui.*
2 *De Teſtamentis Agricolarum.*
3 *De temporibus agnoſcendæ à Ruſtico bonorum poſſeſſionis.*
4 *De doli mali & vſurariæ fraudis exceptione Ruſticis communiter non opponenda.*
5 *In quibus cauſis Iuris & facti ignorantia non proſit Ruſticano.*
6 De *ſagacibus Ruſticis poſteriorum temporum.*

LIBRI II. DE REBVS RVSTICIS, PARTES TRES.

Prioris, De Agricultura. Cap. 11.

1 DE *Præſcriptione Agri vacantis, biennio poſſeſſi à nouo cultore.*
2 *De Emphyteuſi eccleſiaſtica ad extraneos noui cultoris hæredes tranſmiſſoria.*

miſſoria.
3 De Vſufructu prædiorum Sacerdotij, quæ quis ad culturam reducenda curauerit.
4 De fundi obligati ceſſione in iure facta à tertio poſſeſſore.
5 De prohibito frumentarij fructus Agrorum, qui in herbis eſt, commercio.
6 Fructus fundi loco vſurarum dati, an reducantur ad legitimum modum vſurarum.
7 De Feriis, meſſium ergò, ac vindemiarum.
8 Ruſticarum Operarum mercede.
9 De Iure fructuum collectorum.
10 De grandium Arborum cæſura in fructibus annuis non computanda.
11 De arboribus in confinio poſitis, earúmque fructu.

SECVNDÆ PARTIS, DE RE PECVARIA.

Cap. 4.

1 DE Pecoribus, licet fundum inſtruentibus, inter mobilia numerandis.
2 De Societate Pecoris paſcendi.
3 De Paſcuis.
4 De Abigeis, & diuerſitate Animalium.

TERTIA PARS, DE VNIVERSO RVRIS HABITV ET CONSTITVTIONE.

Cap. 3.

1 DE Salubritate corporum humanorum ex frequenti Ruſticatione.
2 De Medicina ex herbis Agreſtibus.
3 Commoda in Agris philoſophandi ratione.

LIBRI III. DE ACTIONIBVS, PARTES TOTIDEM.

Prima, Circa Præparatoria Iudiciorum.

Cap. 2.

1 DE Formulis ſublatis in lite Ruſticana.
2 De pœna Iudiciariæ contumaciæ Agricolis remittenda.

PARS II. DE ORDINATORIIS LITIS.

Cap. 2.

1 DE Reſtitutione Ruſtici hominis in inſtruenda lite.
2 De Inſtrumentis litium Ruſticarum apud acta prolatis, nonnunquã à producente reuocandis.

PARTIS III. DE CAVSÆ DECISORIIS.
Cap. 13.

1 *DE Iudicandi munere Ruſticis non vſquequaque denegando.*
2 *Quibus legibus definiendæ Villicorum controuerſiæ.*
3 *De dubiis Agreſtium pactionibus ſententia terminatis.*
4 *De Donationibus.*
5 *De* Pa*ctitia fundorum* Redhibitione,Gentilitia,*Patronali.*
6 *De Iudiciis* Priuatis.
7 De *Vltimis Voluntatibus.*
8 *Si Tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.*
9 *Familiæ herciſcundæ.*
10 *De* H*æreditariis actionibus.*
11 *De Accuſationibus.*
12 *De Lege* Commi*ſſ*oria *feudorum ob clientuli noxam.*
13 *De Iudicio per Duellum experiundo.*

LIBRI I. DE IVRE PERSONARVM RVSTICARVM.

A RENATO CHOPPINO I. C. *Conſcripti.*

PRIMA PARS, DE VACATIONE ET EXCVSATIONE MVNERVM.

CAPVT PRIMVM.

Ruricolas ad onera extraordinaria non eſſe trahendos.

PRIMVM eſt Agricolæ priuilegium, ne Ruſticano operi cùm ſit addictus, ad onera vlla extraordinaria auocetur. Lege Conſtantini Auguſti. Nunquam ſationibus. Cod. de Agric. & cenſit. lib. 11. Diocletiani itidem & Maxim. Impp. Conſtitutione. 1. Cod. vt Ruſticani ad nullum obſequium deuocétur. Eod. lib. Reipub. enim intereſt, vt ſedulò fundorum coloni vacent Agriculturæ. l. 1. Cod. de colon. fund. patrimon. lib. 11. Idem de vinearum cultu, ne intermittatur, reſpondit Vlpianus, l. 1. D. De Tigno iuncto. Illud verò imprimis apud Græcos Plato neceſſarium eſſe dicebat. lib. 2. τῆς πολιτείας, cuius ipſamet verba recenſuit Calliſtratus I. C. in l. 2. ϖ. de Nundinis. Eamque ob cauſam Ægyptij Agricultura cæteris præſtitête nationibus, quòd ibidem Ruſtici homines à Sacerdotum cœtu, Regéque, aut militibus prædia mercati parua mercede, iam inde à pueritia præberent operas Rei Ruſticanæ. Vt eſt apud Diodorum Siculum lib. 2. Neque his planè abſimiles veterum Indorum Villici, qui à bello reliquóue opere liberi ac immunes, ætatem omnem in aruis colendis conſumebant. Auctore Diodoro Lib. 3. Quapropter B. Gregorius Venantio reſcripſit, Epiſcopo Lunenſi, eos qui in Ruſticis poſſeſſionibus Hebræorum

Lex Platonis.

Aegyptij Ruricolæ.

Indici Agricultores.

Hebræorũ Villici.

erant,ad excolẽda,quæ conſueuerant,Rura debere permanere, iiſdem ſuas exoluere penſitationes,ſingula de colonis & Originariis lege præſcripta peragere:Sed nihil ipſis,extra hoc,oneris eſſe ampliùs indicendum. Lib. 3.Epiſtol.Cap.21.

A publicis oneribus perſonalibus Ruſticos excuſari.

Cap. 2.

Arcadius Charſius Lib. ſingul. de Muner.Ciuil refert varia munerum perſonalium genera in l. vlt. ff. de muner.& honor.

QVONIAM autem alia publica ſunt munera ſeu onera, priuata alia:Illorum rurſus quædam impoſita perſonis, quædam patrimoniis:A perſonalibus immunitate ſubnixi ſunt Ruſticani. Licet enim his non vſquequaque remittatur Ἐπισταθμεία ſeu hoſpitis recipiẽdi neceſſitas Reipub.ergo:Milites certè, aliiue iuſſu Principis cõmeãtes,vetantur bis pernoctare in villa quaque Ruſtica, interimue abuti hoſpitio ad cogẽdos,vt ſealãt,Ruricolas:Hoſpitibuſq; interdictũ,ne Ruſticas operas omnino interpellent,ſeu aliud quicquam ab illis exiganr imperiosè.Vt ſanxit Theodoſius Imp.in l. Deuotum poſſeſſorem ab omni inquietudine liberamus.Cod.de Meratis.& Conſtantinus Cæſar in l.Ne quis comitum Cod. De Salgamo hoſpitibus non præſtando.Tum Anaſtaſius in l.vlt. §. ſui etiam Cod. de re milit.lib.12.Zeno Auguſtus in l.Cõperimus Cod.De curſu publ. Eod.lib.Plateanus interpres in l. 2. Cod.de Lucris Aduocat.lib.12. 1

In Græciæ autem bellis,qui agros colere inſtituerãt,eiuſ ſemẽtis iacturam faciebant. Apud Iſocratẽ in Oratione, quæ inſcripta eſt, Archidamus.

QVINIMO apud Indos viguit ea quondam diſciplina militaris, vt in medio bellorum ſtrepitu Agricolæ nihilo ſeciùs villatica negotia perficerent,hoſtes quidem in prælio mutuâ cæde graſſarentur, ſed ab omni in Ruſticos abſtinerent iniuria, eoſque intactos inuiolatóſque relinquerent,tanquam communis vtilitatis miniſtros. Vtì præclarè à Diodoro ſcriptum eſt lib.3.Proinde Alexander.3.in Concilio Lateranenſi conſtituit non minùs prudenter quàm piè,cultores agrorum & boues aratores in tutela fidéque publica militum omnium dehinc perſtaturos.Cap.vlt.de Treuga & Pace.Scitum eſt enim illud ex ſacris Bibliis,Nabuzarden principem militiæ Nabuchodonoſor, capto Hebræorum Rege Sedechia,eius liberis paternos ante oculos trucidatis, ciuibus omnibus interfectis,Agricolas dimiſiſſe incolumes, quietóſque aruis ſuis curandis villæque ſuburbanæ reddidiſſe:cuius rei ſacrum vatem Hieremiam habemus auctorem. Cap.vlt.Iſthinc tamen ciuilia Bella excipito,omnium teterrima,quibus villæ expilantur militari laſciuia,nimiſque verum eſſe Maronis carmen didicit Gallica plebs multos iam abhinc annos, 2

Ariſtophanes in Pace, O cunctis hominib⁹, ait,grataæ pacis fida nutrix,proma, opifera, procuratrix Agricultura. Hinc Tibulli carmẽ. Pax arua colit, pax candida primùm duxit Aratores ſub iuga curua boues:Pax aluit vites & ſuccos condidit vuæ, funderet vt nato teſta paterna merum.

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en quò diſcordia ciues
Perduxit miſeros,en queis conſeuimus agros?

Fœlices igitur tum demùm Ruſticani,quibus ipſa, procul diſcordibus armis,fundit humo victum facilem iuſtiſſima Tellus.

In fraudẽ onerum ciuilium ruſticanti nullum Priuilegiũ arrogatum.

ENIMVERO ſi Curialis,relicta vrbe,Rus habitatum commigrarit in fraudem Ordinis,& uitandorum munerum ciuilium gratia ad colonos 3

lonos prædiorum ſe tranſtulerit, non eximetur ab hoc onere Priuilegio Ruſticitatis: æſtimaturo etiam Iudice, quatenùs tam callidum cõmentum debeat in exemplum coërceri. Ex Vlpiani l.1.§.vlt.D.De Vacat.& excuſat.muner. Et reſcripto Conſtantini Cęſaris in l.vnica Cod. Si Curialis relicta ciuit.Lib.10. Aliis quoque negatur Ruſticæ ſortis beneficium, qui non in Colonia, ſed in Municipio ſemper negotia ſua agant, ac omnibus Municipiorum commodis, nullis Coloniarum fruãtur, & vbi magis habere videantur domicilium, quàm vbi colendi Ruris cauſa verſentur. Reſponſo Domitij Vlpiani l.Eius qui D.Ad Municipal.

Quatenùs ab oneribus patrimonial. ſint immunes Ruſticani.

CAP. 3.

1 AB his porrò oneribus, quę patrimonio vel poſſeſſionibus indicuntur, nulla Priuilegia Ruſticorũ præſtant vacationem. Conſtitutione Valẽtin. & Valẽtis Impp. Hi penes Cod.de Agric.& Cenſit.lib.11.l. Omnes l.Obſiſtere Cod. de Annon.& Tribut.lib.10.l.1.Cod de Immunitate nemini concedenda. Idem ſequendum apparet in mixtis muneribus, quæ videlicet rei partim cohærent, partim perſonis: à quibus non excuſantur Ruricolæ in caſibus l.1. & vlt.Cod.de quib.muner.nemini ſe liceat excuſ.l.2. Cod. de Collat.fund.patrimon.l.penul. Cod de Priuil. dom. Auguſtæ.l.2. Cod.de Immunit.nem.concedend. Alia verò in ſpecie, in qua extraordinaria onera imponuntur, ea vtimur diſtinctione, vt quatenùs onus perſonam reſpicit, Agricolæ ſibi vendicent immunitatem: quatenùs autem eorum ſuburbanas poſſeſſiones ac Ruſticas, ijſdem nulla ſit vacatio tribuenda. Vtì cenſuit Lucas Pennatus in l.vlt. Cod. de mulier. & in quo loco mun.ſubeant. Lib. 10. Idem in L.1.Cod.de Agric.& Cẽſit. Humaniùs adhuc Bela Pannoniæ Rex, omnibus promiſcuè vectigalibus leuato populo, tributóque generatim Prouinciis remiſſo. Vnde Plebecula breuì cum Nobilitate eouſque diuitiis excreuit, vt Bõfinio ſcriptore, ne minimus quidem Ruſticus inuentus ſit egenus: & è finitimis nemo tanti cenſus extiterit, qui cum Hungari opulenria conferre ſe poſſet. circiter ann.1060. Rer. Vngaric. Decad.2.lib.3. Deinde ſub annum ,1360. Ludouicus Hunnorum Princeps, ne Ruſtica multitudo Plebeiaque grauioribus tributis & portoriis oneraretur à Quæſtoribus, neue rapinis ſuarum rerum vexaretur, diſſimulato ſæpe habitu, vicos & oppida luſtrauit ſedulus explorator, vtì Publicanorum ac Præfectorum mores ſcrutaretur, eorumque iniurias ex plebeiis querimoniis cognoſceret. Vt Bomfinius inſit, Hunnicorum Annal. Decade.2. Lib.10.

De muneribus patrimoniorũ.

Belę Hunnorũ regis in ſubditos humanitas.

2 AT meritò exclamat Baldus, tenues Ruris incolas ſua iamdùm ætate indictionibus opprimi, quos olim cõſtabat modici æris tributum pẽſitare Cæſari conſueuiſſe. In l.Ex hoc iure Num. 28. ff. de Iuſtit.& Iur. Eapropter Gallici Pop. ordines Turonibus coacti, enixè petierunt à

Status generales congregati in vrbe Turonẽſi Franciæ.

Carolo.8.rege, vt Agreſtibus præſertim plebeiæ remitterentur indictiones,ſed & hę prorſus tollerentur, niſi difficillima Reipub.tempora exprimerent publici vectigalis inſtitutionem.An.1483.Quo modo antea D. Ludouicus perſanctè fuerat cohortatus Philippum primigęnium de nummaria huiuſmodi contributione ſubditis non iniungenda,niſi id fieri neceſſitas poſtularet,in ſummo nempe Francici Imperij diſcrimine.Iuſtè equidem. Tantò enim benigniùs agendum eſt cum Aratoribus Gallici ſoli vberrimi,quò hi occupatiores ſunt ſationibus faciundis in Terra eadem frumenti ac pabuli feraciſſima. Teſte Mela, & M.Agrippę ad Iudęos oratione,Gallicæ fertilitatis impenſiùs commendatrice,quam Ioſephus recitat,de Bello Iudaïco lib.2.

Philippus.5. Franciæ Rex.

Gallici Agri fœcunditas.

De excuſationibus tutorum Ruſticorum.

CAP. 4.

Ruſticitatis Priuilegio quidã tutelæ munere interdum exuuntur.

DE publicis oneribus ſatis,nunc de priuatis videndum , an 1
Ruſticitati paretur à Tutela excuſatio.Hęc enim, Reipub. munus non eſt,nec prouinciale,ſed ciuile quidem,ac vtilitate priuatum.Modeſtini opinione in l.Si duo §.Tutela ff. de Excuſat.Tut.Vicani ſanè habentur inter Priuilegiarios, vt Tutelis vacent nonnunquam, ex reſponſo Pauli I.C.quod Modeſtinus percēſuit, hoc Titulo. Περὶ τῶν ἀγροικῶν καὶ τῶν πενήτων καὶ τῶν ἀγραμμάτων γράφει Παῦλος οὕτως.Mediocritas,& Ruſticitas interdum excuſationē præbent ſecundùm epiſtolas Diuorum Hadriani & Antonini, in Lege Græca,Si duo §.vlt.ff.de Excuſat. Tutor.

De Frãcica obſeruatione in Tutelis Agreſtium.

SED non vſquequaque Ruſticitatis excuſatio accipi debet, Franci- 2
co ſaltem vſu forenſi.Sufficit enim Villicos, qui ſe negent literas ſcire, expertes non eſſe negotiorum.§.Similiter Et ibi Faber Inſtitut.De excuſ.Tutor.l. 6.§. vlt. D. Eodem. Sicuti quoque miles tutelam detrectans liberorum commilitonis audiendus non eſt, aut Nauicularius publicus,eorum qui ſui ſunt corporis ac collegij:Vt reſcripſit Gordianus Imp.L.Quod placuit Cod.De Excuſat. Veteran. Et Anaſtaſius l. vlt.Cod.de Excuſat. Tut.Ita germanæ cuiuſdam pietatis munus eſt, naturæque Lege ſancitæ cognationis, tutelam Ruſticorum impuberum Ruſticis deferri parentibus,vt quò hæreditas,eòdem tutela perueniat.Demptis hinc Colonis patrimonialibus Cæſaris, quos immunes ſolutóſque fore tutelis edixerunt Honor.& Theodos. Augg.in l. vlt. Cod. qui dar. Tut. Et Caliſtratus lib. 1. de cognitionibus, in l. Semper §.conductores vectigalium ff.de Iure Immunit. Aſt de fiſcalibus Colonis, non item. Alexandri Imp. lege Coloni Cod de Excus. Tut.

Alij Coloni patrimoniales Cęſaris,alij fiſcales:Quã diſtinctionē Cęſaris & Fiſci,vide pleniùs in noſtro tractatu de Domanio Franciæ.

Ruſtico Tutori indulgendum pupillares nummos non fœneranti.

CAP. 5.

CAP. 5.

1 SI tamen Agricola ob inertiam vel ſimplicitatem nimiam remotus ſit à tutela, in hac cauſa eſt, vt integra exiſtimatione tutela vel cura abeat. Vlpiani reſpōſo in L.3.§.vlt.ꝟ.de excuſ.Tut. Nec enim immeritò venia ijs danda eſt, qui continenter operi incumbentes pro ſalute communi, locum fecerint Græco Suidæ adagio, Ἀγρῦ πηγὴ. Agri fons, ab aſſidua Paganorum in Agris vigilantia. Pari argumento Ruſticus tutor, ſi nummos pupillares nō fœnerarit ex præſcripto Regiæ cōſtitutionis Aurelianæ, Artic.102. haud ideo quaſi fœnebris pecuniæ vſuris plectendus eſt, nec autoritas Iuris refragabitur, quin ab vſurarum petitione veniat Ruſticitatis nomine abſoluendus. Decreto Pariſienſi.13.Cal.Maias An.1574. inter Bidalerium & Sergentium litigatores, Vialartio ſenatore litem collegis ſuis exponēte. Alioquin ob fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitum, aut fundorum omiſſam comparationem, tutor, niſi ad damnum reſarciendum idoneus ſit, extra ordinem debet coërceri. Sententia Pauli.I.C.in L. Ob fœnus ꝟ. De adminiſt.Tut. Propter eandem rationem ſummotus fuit præſidio Ceſſionis bonorum non modò tutor à pupillo conuentus, ſed & contutor, altero rationes actus ſui ab eo exigente: Quippe cui alter damni vicarius ſubſtituatur, manēte adhuc priuilegiaria pupillaris debiti cauſa. Placito Ord. Ampliſſ. 4.Non.Septemb.an.1566. Alberio & Villerio dicentibus. Idq́ue elicitur ex Vlpiani verbis in l.1. §. non tantùm ꝟ. De tutel. & ration. detrah. Et Lib.11.Reſpon.in l. Actus ꝟ. de Adminiſt. Tutor.

Ruſticus à tutela remotus nō ideò famoſus eſt, quaſi ſuſpecti poſtulates.

Pagi, à cōmunibus Vici ruſtici fontibus dicti.

Edictum Aurelianenſe. An. 1580.

Areſtū Curiæ Lutetianæ die. 19. Aprilis, An. 1574. de vſuris pupillaribus.

Placitū Curiæ die.2. Septēb. 1566. de ceſſione bonorum.

2 A QVIBVS planè alienum non eſt expendere obitēr pupilli Priuilegiarium ius hypothecæ in bona tutoris, non ex ea die ſolùm, qua datus eſt à Iudice tutor, ſed quamprimùm gerere pro tutela negotium cœperit, antequam à Prætore tutor creatus fuiſſet. Ita iudicante Senatu, Areſtis Paſchalibus ſeu. 8. Idus Apriles An.1574. quæ Harlayus Præſes Curiæ pronuntiabat. Id quod Romanorum Iuri haud obſcurè conſentaneum eſt, vt notat Hermogenianus lib. 4. Iuris ἐπιτομῶν in l.vlt.ꝟ.de tutelæ & ration.detrahend.& vtili curationis cauſa actione. Sceuola lib.6.digeſtorū in l.vlt.ꝟ.Ex quib. cauſ.pign. Pupillari verò ſimile hypothecæ priuilegium non cōmpetit Tutoribus in bonis impuberis ex contrario iudicio Tutelæ. S. Conſulto Pridie Calēd.Februar. an.1572. ad interpretationem l.pro officio Cod. de adminiſt.Tut. Ac l. vn.§. & vt pleniùs Cod. De rei vxor.act. Quùm Brebartus, Thomæ *de Herlaut*, & Loyſellus, dominæ *de Vimbray*, cauſam peroraſſent. In Volumine cauſarum Syluanectēſium. Sed nec tutor licitè retinet fundos pupillares ex cauſa reliquorum tutelæ, cuius rationes nondùm diſcuſſæ ſunt: ſaluo iure hypothecæ ipſi tutori, nulla interim cautione de eo in rem tutoris interponenda. Decreto Curiæ .19. Kal.Septemb.an.1538. Bogeruaſio, & Colletiero tutore, altercantibus.

Senatuſconſultum Pariſienſe, de Priuilegio pupilli in bonis tutoris. Die.6. April. An.1574.

Contraria & vtilis Tutelæ actio nō idem habet priuilegium, quod directa. Areſto die vlt. Ianuar. 1572.

Areſtum Senatus die. 14. Auguſt. An.1538.

Prędium popillaribus nummis comparatum, qui redacti erant ex rerum maternarũ venditione, maternum patrimonium cẽſeri, potiùs quàm merum acqueſtum.

MINORE autem annis diem functo, relictis fratribus ex patre nõnullis, aliis ex matre duntaxat, Quæro, nûm fundus à tutore antea emptus pupillari pecunia, propriùs dici debeat fratrum vterinorum (quaſi materna maternis) eò quòd illud agri pretium redactum fuiſſet ex anteriori venditione materni patrimonij ipſius impuberis: An verò aliis competat ex patre fratribus, tanquam purè acquiſititium prædium, conſanguineis peculiariter attributum lege hæreditatis fraternæ, ex Syluanectenſium Moribus ſcriptis? Senatus, prædium defuncti maternum pronũtiauit. Areſtis Septembribus An. 1570. Thuano Protopræſide ſolenni purpura recitante. Huc pertinet, quod Vlpianus argutè reſpondit in l. Quid ergo §. quid ergo ff. de contraria Tutel. act. 3

Areſtum Die. 7. Septemb. 1570.

De Curatore Debitorum bonis dando.

CAP. 6.

Ab officio Sequeſtri ſeu Cõmiſſarij bonorũ Paganis nõ facilè datur excuſatio ſeu exemptio.

SECVNDVM hæc de Tutelis expedita, procedit quęſtio de vacatione ab officio ſequeſtri bonorum alterius, quibus nempe Regia manus iniecta fuerat poſtulante creditore, vt publicè poſſiderentur à ſequeſtro Vicano. Cauſa dubitationis eſt, quòd Ruſtica prædia curare, tractare, locanda tempeſtiuè proponere ex munere curatorio, Ruſticana ſit quodammodò opera atque induſtria. Magis eſt igitur, vt Agricolæ immunitas ad aliquid infringatur, cõmiſſa ipſi pignorum captorum adminiſtratione. Verùm Patres Conſcripti eam rem, quæ apud eos agitata erat, conſilij eſſe decreuerũt, Loyſello, & Copello cauſæ patronis An. 1564. Quippe quùm Ruricola temerè non ſit ab opere Rureſtri ad alienas functiones deuocandus, ſeu publicas, ſeu priuatas. Sed vſitatis Galliæ moribus, parùm indulgetur hac in parte Ruſticanis, quò minùs neceſſitate ſubeundæ iudicialis fiduciæ obſtringantur. Niſi Villicus ſequeſter maiorem in modum debitori ſit obnoxius, patrono putà, ac domino ſuperiori: aduerſus quem minimè cogendus eſt odioſam curatoris bonorum fiduciarij ſuſcipere prouinciam. Verbi gratia, ſi Agricultor ſeruilibus in dominum operis addictus ſit, quales, Ruſtici manuſmortuæ patrono cedere conſueuerunt. Notum eſt enim M. Catonis apophthegma, teſtimonium aduerſus clientem nemo dicit, Patrem primum, poſtea patronum, proximum nomen habere. Huc ſpectat Regia Francorũ Cõſtitutio Bleſis edita An. 1579. Artic. 176. 1

Edicto Bleſenſi nullus Ruricola conſtitui poteſt Cõmiſſarius ad regimen bonorum ſaiſitorum eius Domini, cui ſubiectus eſt.

QVINETIAM cliens fundo ipſo beneficiario mulctaretur, ſiquidẽ aduocationis munus vltrò obiiſſet cõtra prædij patrocinãtis dominũ. Arg. cap. vlt. de Poſtul. cap. 1. §. Item ſi delator. Tit. Quæ fuer. pri. cau. benef. amitt. Et ibi glo. In Feud. Diuerſa cauſa eſt eius, quem inuitum, ad id oneris vocaſſet iuſſus iudicis, vel officij neceſſitas, Vt Paulo I. C. placuit lib. 1. de Iure fiſci. in l. Poſt legatum §. aduocatum ff. De his quæ vt indig. aufer. Notat. in l. vlt. ff. de inoff. teſtam. Id quod Aluarotus in cit. §. itẽ ſi delator, latiſſimè eſt proſecutus. Verùm Curię decreto Ioannes Cauartus permiſſus eſt aduocationis munus explere pro Collegio Rhe- 2

Vaſſalus communiter nõ auditor aduocatus contra Dominũ directũ.

legio Rhemenſium vrbis Decutionum contra Archiepiſcopum, (cui tamen ille interim ſacramentum fidelitatis præſtiterat ex Rhemorum Prodominatu recens parto) quùm nec de feudo illo, nec in Præſulis perſonam apud Iudices cognitio verteretur. Octauo Idus Martias. An. 1374. Vt Regeſtis Curiæ proditum eſt.

Vicedominatus dignitas in Eccleſia Rhemenſi maiore.

3 QVOD ſi Ruricola ſequeſter, de quo ſuprà, diſpunctis rationibus, non ſit ſoluendo, reliqua curationis, quæ ab eo exigi non potuerint, deducuntur in condemnationem eius quod intereſt contra principalem aduerſarium, qui, ſequeſtrata re controuerſa, victus eſt interdicto retinendæ poſſeſſionis. Decreto Senatus. 5. Idus Ianuar. an. 1547. ſecundùm Æmericum Rogemontem, aduerſus Curionem *de Carneton*. Potiero litis inſpectore, quem vulgò Relatorem nuncupamus.

Placitũ Curiæ die. 9. Ianuar. 1547. Reliqua ſequeſtrorum, quæ ab iis exigi nõ poſſint, deduci in cõdẽnationem contra principalẽ litigatorem.

Vinculis non cogendi Ruſtici à quouis creditore, nec aratoria inſtrumenta iure pignoris capienda.

CAP. 7.

1 PERSONIS verò ipſis Ruſticorũ tributum eſt Regia Gallorum lege ſingulari, ne ob æs alienum qualecunque abducantur in carcerem, néve fundi Ruſtici inſtrumenta iure pignoris capi poſſint. Conſtitutione lata. 8. Idus Octob. An. 1571. comprobata à Sen atu Pridie Nonas Februarias An. 1572. Qua in re noſtri Principes mihi videntur Græcos Legumlarores prudentia ac iudicio longè anteire, qui aratrum quidem prohibebanr ob fœnus addici creditori, ſeu aliud quiduis operi neceſſ arium, ſed corpora his vtẽtia necti permitterent, vt ſcripſir Diodorus lib. 2. cap. 3. Vnde Romani Cæſares ſapientiùs multò conſtituerunt, ſeruos a ratores, æquo iure, ac inſtrumenta aratoria, pignerandos non eſſe obtentu æris alieni. Conſtantinus in l. Executores, & Honor. ac Theodoſ. Augg. in l. Pignorũ. Cod. Quæ res pign. Quippe quùm huiuſmodi Ruſtica mancipia, Villici ac Coloni, ſint etiam animata rei familiaris inſtrumenta. Auctore Plutar. in Craſſo. Iis planè congruit Imperatoria Friderici. 2. Sanctio in §. Agricultores Tir. De Statutis & conſuetud. contra libertat. Eccleſ. editis &c. Quam inibi ſimul Honorius. 3. pontifex adprobauit. Eòdẽ vergunt poſtulata in Turonico Francici Pop. Cõuentu, benignè que Reſpõſa à Principe, Februar. Mẽſe An. 1483. Ne aratoria inſtrumẽta pignoris nomine caperentur ex cauſa ęris alieni, ſeu publici ac fiſcalis, ſeu priuati. Sigillatim verò id priuilegij traductum eſt in patrias Conſtitutiones Narbonẽſis Prouinciæ, quas vocãt *le Statut Prouenſal en forma de Drecb*. Nec diuerſum in Romanę Eccleſiæ Dirionibus cuſtoditur. Reſcripto Apoſtolico Pij. 5. An. 1566. quinto Idus Octobr. Quod extat in nouo Codice Põtificiarũ Bullarũ collectaneo, formulis nuper impreſſo. Romanis pariter hiſce Tabulis data eſt Ruſtico vectigaliũ immunitas pro frumẽtaria, ſeu alia quauis ipſius re venali. Cautum, ad hæc, ne fruges, quas ille in Vrbẽ vænũ importet, ab vllo creditore prehẽdãtur. Denique Neapolitana Conſtitutio boues aratorios eximit omni pi-

Edictũ Regiũ die. 8. Octobr. 1571. recitatum in Senatu die. 4. Februar. 1572. cõmuniter dictũ l'Edict des Laboureurs.

Statuti Comitatus Prouinciæ verba, *Item que per inquiſition, ou autra cauſa, deguna perſona de Prouẽſa, ou de Forcalquier non deia eſſer garada en arnes, canals, buous, ou autres beſtias dearayre, ſinon en deffalhiment d'autras bens.*

Bulla Pij. 5. P. P. die xi. Octob. An. 1566. De Priuilegiis artis Agriculturæ, & rei frumentariæ: Vt eſt in Bullario Romano recẽs collecto.

gnorum capione ex credita & debita pecunia,ſed de ruſtici ipſius debitoris perſona,ſecus.In Capitul.Regni Neapolit.Et Matth.Afflict.in Conſtitut. Neapolit. De reuocandis tranſeuntibus ad alien.habitat. Num.2.

IN fiſcalibus autem nominibus exigendis ceſſat hæc Ruſticorum immunitas,Cæſarea Conſtantini Lege,(de qua ſ.)Et Regia Frãcorum, lata poſtridie Nonas Octobres An.1571.Hinc quoque excipitur merces à Colono debita,Agrorum proprietario,Operæ Ruſticæ ſeu *Coruatæ*, & ſi qua alia Iura dominica fuêre olim vectigali prædio iniuncta,quemadmodùm Principali hoc Edicto eſt conſtitutum.Inde deſcendit quæſtio, Nobis dicentibus,in foro tractata, nûm hoc Priuilegio adiuuari debeat Ruricola,qui decreto Curiæ damnatus ſacras decimas parocho exoluere,litiſque ſumptibus mulctatus,horum nomine fuerit in publicam miſſus cuſtodiam. Extat enim Molinenſe Edictum,condemnatos,ſi intra quadrimeſtre victori non rependerint in litem expenſa,vinculis cogi poſſe.Artic.48.Planè in ea actione forenſi, Cauchonius pro Ruſtico, hunc illicitè fuiſſe coniectum in carcerem, quùm litis impendia non ſoluiſſet Curioni intra tempus lege præfinitum. Legem quippe Molinenſem ad Priuilegiarios non pertinere , ſed & poſteriori iure ſingulari , quo Ruſtici vtuntur,generali Edicto derogatum videri. Similiter Edictum ad Sacerdotes trahendum non eſſe , decretum fuit Principali Sententia in cognitionibus dicta,ſedente Rege in Senatu Pariſienſi Kalend. Sextilibus An.1569.Btebarto & Briſſone aduocatis,qui iam corãm Patribus cauſam egerant Pridie Cal.Quintiles Eodem Anno. 2

Die.8. Octob. 1571.

Auctoris Oratio in Senatu Pariſ. an Priuilegiû Ruſticorum locû habeat in ſumptibus litis ſacrarum decimarum.

Decretum Regium in Senatu Pariſ.Die.1. Augusti 1569.pro ſacerdotib⁹. ne iudicati , poſt quadrimeſtre in publica vincula côiiciãtur.

Actio forenſis in Senatu Die vlt.Iunij An. 1569.

EGO, contrà, pro Parocho, rationes ſumptuarias litium (velut appendices & acceſſiones) eodem loco habendas eſſe , quo ſacras decumas, de quibus prima fuerat inter eos nata contentio. Atqui in decima exigenda nihilo ampliùs Priuilegio ſuffultus eſt Vicanus, quàm in vectigali aut ſolario iure penſitando,quod ſpecialiter Principalis Indulgentiæ verbis receptum eſt. Decima enim pars fuit Hierarchico Ordini attributa à principe Agrorum domino , Deo ſummo . Lege Agraria prima, fundiſque vectigalibus impoſita. Vſqueadeo , vt priùs Decima ſoluenda ſit quàm tributum , Reſcripto Innocentij. 3. Cùm non ſit in homine De Decim.in Antiq. Nec à Sacerdote peti, ſed præſtari debeat , vltróque inferri à Ruſtico in horrea Dei Max. hoc eſt, in Theſauros templi , vnde habeant Preſbyteri & Leuitæ,qui miniſtrant Numini, cibos. Ex B.Hieronymo in Comment. ad Malachiam , & Can. Reuertimini. 16. quæſt. 1. Sicuti igitur operas patrono edendas eſſe à liberto ſuo victu & ſumptu,reſpondit Paulus I.C. in l.quod niſi, & L. Suo victu ff.De Oper. libert.ex quo ſumptus huiuſmodi veriùs in parte operarum eſt numerandus. Ita litis impendia , quibus Agrorum Coloni huc adiguntur per Iudicem , vt iuſtas decumas dependant Curioni,in 3

In Normania tamẽ prius ſoluitur ius Agrariû ſeu Terragiû,quàm decima. Vt autem Senatuſcõſulto veritum eſt,colligi meſſé non vocato & præmonito terragij domino. Areſt. Septẽbr. Aon.1552 Monialibus D. Aldegundis,& Natali Hanigneo altercantibus. Sic pro ſacra decima idẽ Curiæ decretis conſtitutum eſt ſecundùm Parochos eccleſiarum.

Curioni, in eadem cauſa æſtimantur, qua ſacræ illæ decimæ, quas alioquin perferri in horrea Clericorum ſolido iure oportuit. Adiiciebam his, contumaciam fraudémque peruicacis debitoris non eſſe defendendam Principis beneficio, ſed extra ordinem potiùs eſſe plectendam. Senatus, re benè perpenſa, aduerſus Ruſticum pronuntiauit. 8. Kal. Decemb. An. 1573. In Catalogo Veromanduarum Cauſarum, Ioanne Amandino Curione, & Ioanne Cotello litigatoribus.

Areſtum Die. 24. Nouēb. An. 1573. Au Roolle de Vermandois.

Reipub. expedit aliquando, Leges temporarias eſſe, non perpetuas.

4 HINC etiam minùs demirandum, Regium illud Agricolæ Priuilegium vim Edicti perpetui non obtinere, ſed eius vſum authoritatemque temporariam, conditoriſque verbis circunſcriptam Calendis Ianuariis Anni. 1575. Tametſi enim Perſica Lex vetaret, Regias conſtitutiones ad certum modò tempus prorogari, quùm perpetuæ ſanciri deberent: vt memorat Danielis Hyſtoria Cap. 6. Noſtri tamen Reges haud temerè Legem priuatam ac Priuilegiariam tempore concluſerūt, vt illius vſu aut abuſu rerum exemplis certiùs explorato, integrum foret legem vel diffuſo die ampliare ac confirmare, vel ſilentio, quaſi mutatis calculis, abrogare. Cæcilius enim apud Gellium præclarè monebat, Legum opportunitates & medelas pro temporum moribus, pro vtilitatum præſentium ratione, proque vitiorum feruore, quibus medendum eſt, flectendas eſſe ac immutandas. Quod & Valerius probat apud Liuium in Bello Macedonico.

Die. 1. Ianuar. An. 1575. ad quem vſq; diē extenditur Edictale Priuilegium des Laboureurs, latum An. 1572.

5 PLANE aduertendum obiter, Normanis Villicis perpetuò reſeruatum eſſe illud idem Cæſarum Priuilegium. Gallica Sanctione Franciſci. 1. Menſe Decemb. 1540. Art. 29. Qua nulli creditori ius eſt, boues ruricolas Normanorum cōprehendere per viatorem publicum, nec iumenta, aratrum, ſeu alia huiuſmodi Ruris inſtrumenta: ne a rei Ruſticæ negotio abducantur.

Normanorum Agreſtium Priuilegium perpetuum.

Eodem modo hîc dicuntur Agreſtium arma, quo Studioſorū arma Stylus, Pugillares, libri, apud Plinium.

Quandoquidem ſunt hæc duris Agreſtibus arma:
Queis ſine nec potuêre ſeri, nec ſurgere meſſes.
Vomis & inflexi primum graue robur aratri,
Tardáque Eleuſinæ Matris voluentia plauſtra,
Tribuláque, traheæque, & iniquo pondere raſtri
Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex,
Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi. ex lib. 1. Georgic.

Proinde veteri quoque Phrygum inſtituto, ſi quis inſtrumentum Agricolationi aptum furto ſuſtuliſſet, vel bouem aratorem cecidiſſet, is morte mulctabatur. Vt refert Stobeus, Serm. 42. Iuxta hæc, Ælianus Attica lege cautū fuiſſe narrat, Bouem, qui iugum trahit vel in aratro, vel plauſtro, ne mactes: quoniam ille etiam Agricola eſt, ac humano generi laborum ſocius. Lib. 5. De Var. Hiſt.

6 SI tamen Ruſticanus fortunæ bonis careat, præterquam bubulo pecore, ligone, aratro, ſarculis, falce putatoria, meſſoria, fœnatia, bidentibus, qualis vindemiatoriis & exceptoriis, quæ in inſtrumento fundi Sabinus libris ad Vitellium enumerauit, li-

In ſubſidium Aratoria inſtrumenta capi poſſunt in cauſam iudicati.

citè ne hæc omnia pignoris vinculo auferentur à creditore, quid iuris? Et extat Accurſij ſententia, exiſtimantis auferri poſſe: in cit. l. Executores Argum. textus l. Stipẽdia Cod. de execut. Rei iudic. Diuerſum probatur Cyno, Petro Perticenſi, & Alberico Roſati, nullo caſu admittentibus horum pignorum capionem, niſi vnà cum prædio capiantur. Quid ergo? Sic temperanda res eſt, vt fundi dominio Agricolæ competenti, tunc eiuſmodi pignora vęnire nequeant per apparitores prætoris ſententiam exequentes, niſi vnà cum fundo: Sinautem agri proprietas penes alium exiſtat, non rectè deſiderabit Ruſticus, ab inſtrumentis ſuis Ruſticis creditorem abſtinere, nullis alioquin debitoris opibus reliquis, eludendum. Itaque Accurſij opinionem puto veriorem, cum Francis. Ripenſi in Tract. De Peſte.

Ἀντιχρήσεις prædiorum Agricolæ legibus irrita, vſurarúmque modus eius fauore temperatus.

CAP. 8.

Antichreſis, eſt pigneratitia fundi poſſeſſio creditori data à debitore.

HIs conſequens eſt aliud Iuſtiniani Auguſti beneficium in Ruſticos debitores, ne vllatenùs ſuorum Agrorum valeat ἀντιχρήσεις pacta creditori, quam cæteroquin vulgus hominum ſeruabat lege non refragante. Nouella Conſtitut. Ne quis mutuum dans Agricolis, terram, &c. ibi, NEMINI CVIVSVIS CONDITIONIS, ETIAM MILITI, FOENERARI LICET AGRICOLIS VLTRA VICESIMAM QVARTAM SORTIS PARTEM ANNVAM, NEC OB ID, TERRAM, BOVES, AVT ALIVD PIGNVS AB EIS ACCIPERE: CONTRA FACIENS ACTIONE CADIT. Ac inter alios quidem receptam fuiſſe Antichreſin, ſeu hypothecariam poſſeſſionem teſtatur Martianus, ne minùs idoneis nominibus creditam ſuam pecuniã conqueri poſſent mutuantes. Lib. ſingulari Ad formulam hypothecariam in l. Si pecuniam ꝟ. De Pignorat. Action. & in L. Si is qui Reipub. ꝟ. de Pignor. Verũ Iuſtinianei Priuilegij cauſa hæc potiſſimùm fuit, quòd Thraciæ fœneratores Byzantij, (vbi frequens commerciorum vſus) quùm viderent præreptam ſibi licentiam fœnoris beſſibus exercendi, aliíſve vſuris vltra ſemiſſes, nouum inierant conſilium Antichreſis conſtituendæ, Thraciũ commentum ſcilicet. Hac enim arte creditores ſibi pignoris loco mãcipabant debitorum arua, præſertímque inopum Villicorum, vt fertilis agri fructus vſurarum in ſpeciem lucrifacerent, quarum tamen ſtatutum legibus modum prouentus hi annui excedebant. 1

Vſura iſta, quæ bellua eſt? quænã alia, niſi vt in menſes & dies ſingulos argẽtũ augeatur, elabẽte tẽpore? Inde τόκος dicta, inquit Ariſtophanes in Nubibus.

ECQVID verò commune Ruſtico cum fœneratore? De illo maiores noſtri, virum bonum quùm laudabant, ampliſſimè ita prędicabant, Bonum Agricolam bonumque Colonum: Hunc autem quadrupli, velut furem dupli, condemnandum. Vt à Catone relatum eſt, Lib. 1. De Re Ruſt. Cap. 1. Eapropter Iuſtinianus ſimul & ſubuentum voluit Ruſticani hominis tenuitati, & fœneratitiis creditorum fraudibus itum obuiam, lege lata, ne illius fundi in poſterum 2

ſterum pignoris nexu obſtringi poſſint, & his ſiliqua vna pendatur quotannis pro ſolido quolibet mutuo dato. Siliqua enim, quæ Græca voce Ceration dicitur, eſt viceſima quarta pars ſolidi, ſeu puræ, meræ ac veræ ſortis, in vſuras creditoribus hoc modo attributa. Eodémque intellectu Molineus explicat eruditè Authent. Ad hęc Cod. De Vſur. Cuius lubrica ſatis interpretatio tanquam ſcopulis alliſerat reliquos fermè Legum profeſſores. Exhinc minùs nouum videbitur, quod Georgicis legibus adſcriptum fuit à Conſtantino Hermenopulo, ſi creditor vſurarum nomine agrum ſuſceperit, ex quo ſeptennes perceperit fructus, eoſdem omninò, dimidióſque rurſus ſorti accepto ferendos.

Solidū hoc accipitur pro vno toto, & integro, inſtar aſſis conſummato. Budeus Lib. 5. De Aſſe. Vide de eo Vlpianū in L. qua volgo ff. De Ædilit. edic.

Molin. in Tract. Commerc. & Vſur.

Georgicæ Leges.

Debitores Villicorum fruſtratores in duplum teneri.

CAP. 9.

1 CÆTERVM, vice verſa, Ruſticorum debitor in duplum damnãdus eſt à Iudice, ſeu ob vſuras, ſeu ob id quod Agricolæ ipſius interfuit, alioquin ſoluti omni fœnore. Edicto Aurelianenſi an. 1560. Artic. 59. Non idem planè in aliorũ debitoribus cuſtoditur, qui minimè duplo mulctantur, niſi ex contumacia poſt quadrimeſtre iudicato faciendo præſcriptum. Molinenſi Conſtitutione, Art. 48. Atque ita Patr. Conſcr. me dicente, ſecundùm Baronem TurrisLandricę decreuerunt, Mario, contrà, Sannecterij Reguli cauſidico. Prid. Cal. Ianuar. an. 1573. Quænam verò fauorabilior ratio diſſoluendi æris alieni, quod ex Villicorum operis in res noſtras cõflatum eſt? Maximè ſcilicet pius ex Agricolis quæſtus ſtabiliſſimúſque conſequitur, minimèque inuidioſus, nec malè cogitãtes ſunt, qui in eo ſtudio occupantur. Vt Cato aſſerit lib. 1. de Re Ruſt.

Areſtum Curię Pariſiẽ. die vlt. Decemb. An. 1573. pro Barone *de la Tour landry* contra Dn. *de Sennecterre*.

2 QVIN & opera magis quàm impenſa culturam agrorum conſtare, planum fecit C. Furius Creſinus Romæ, qui cùm in paruo admodùm agello largiores multò fructus colligeret, quàm ex ampliſſimis vicinitas, in inuidia quidem magna erat, ſeu fruges alienas pelliceret veneficijs. Sed à Sp. Albino Curruli die dicta, metuens damnationem, quùm in ſuffragium Tribus oporteret ire, Inſtrumẽtum Ruſticum omne in Forum attulit, & adduxit filiam validam, bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, boues ſaturos: Poſtea dixit, Veneficia mea, Quirites, hęc ſunt, nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes, vigiliáſque ac ſudores. Omnium ſententijs itaque abſolutum fuiſſe affirmat Plinius Hiſt. lib. 18. cap. 6. E contrariò, ſi quis, poſthabito Colonorum miniſterio, paſſus fuiſſet agrum ſuum ſordeſcere, eumque indiligenter curaſſet, nec purgaſſet neque araſſet, id non ſine pœna fuit veteribus Romanis, ſed erat opus Cenſorium, Cenſoréſque ærarium faciebant: Siue quis arborem ſuam vineámque habuiſſet derelictui, id obnoxiũ erat notę animaduerſioníque Cenſoriæ, vt Gellius narrat lib. 4. cap. 12.

Ita Stobæus Amalthea cornu interpretãs, Amalteam ſignificat illum, qui minimè [illegible], id eſt diſſolutus, ſed gnauus & operarius eſſet, bona omnia conſecuturum. Per cornu verò bouis, quod animal eſt laborioſiſſimũ, virũ operarium innui. Bouros autem & ſimilia in cornu eſſe, quia omnia, quorum egemus, in agricultura inſunt. Serm. 56. de Agricultura.

PORRO Athenienſes moroſum & contumacem debitorem 3
mulctabant non modò vſuris debitæ ſortis priuato creditori, ſed in Rêpub. quoque certo aliquo ære. Ob id πρυτανεῖα ſeu Sportulã reus & actor deponebant in Iudicio, mulctæ nomine, ſi victus eſſet, ad Rempub. redituram. Attica Lege, quam Suidas commemorat. In Anglicis etiam Tribunalibus iam olim vſurpatũ eſt, vt actor ante litem conteſtatam deponat tres drachmas, totidem reus, nec amplius quicquam fas eſt exigere. At Thomas Morus, quùm in Londinenſi Angliæ vrbe primaria Iudicem ageret in cauſis ciuilibus, ita ſe integrè geſſit, vt remitteret pleriſque pecuniam, quam ex præſcripto debebant litigatores. Sicuti de eo refert Eraſmus, Lib. 10. Epiſtol. ad Vlricum Huttenũ.

Ob vectigal prædiarium Colonos non eſſe à Domino ſuperiore inquietandos.

CAP. 10.

Si verò Agri proprietarius inquilinum vel colonum non fuiſſet profeſſus, vinculis cẽſualibus tenebatur. Apud Vlpian lib. 3. de Cenſib. in l. forma. ff. codẽ.

HÆc de priuatis nominibus ac debitis: quid de tributis fiſca- 1
libus? Exploratum eſt, horum nomine Ruſticos colonos inquietari non oportere. Sed domini prædiorum, quibus primùm vectigal hoc indictum fuit, debent eiuſmodi contributionum onera perferre: quantumuis tributarium ius, fundi ac poſſeſſoris cuiuſque ſit perſecutorium. Et hunc morem in variis prouinciis ſeruatum fuiſſe (de tributis à Colono Agrorum non exigẽdis) tradit Modeſtinus lib. 3. Reſponſ. in l. Sine hærede §. Lucius ff. de Adminiſt. Tut. Quod reſcripto quoque Honorij ac Theodoſ. Impp. continetur. l. Colonos ita debere glebis inhærere, vt nec puncto quidẽ temporis amoueantur, neque ob fiſcalia debita pulſari poſſint ab exactore &c. Cod. De Agric. & Cẽſit. lib. 11. Addatur his tranquilla ſationũ libertas, ob eamque fundorum fœlicitas, qui colonos indigenas habeant, & tanquam in paterna poſſeſſione natos, iam inde à cunabulis aſſiduos retineant, ex priſco patrumfamiliâs inſtituto: Quod L. Voluſius mirè commendat apud Columellam.

Cenſus, ſeu libri Terragiorũ fidem faciunt contra cenſuales profeſſores, debitores &, emphyteutas ipſorum, non cõtra alios, ſecundum Ancharã. Conſil. 39. Salycet. in l. exemplo Cod. de Probat. Boerius in Deciſ. Burdegal. 105. par. 1.

SIN verò Ruſticus ſuo nomine poſſideat latifundia, vel in monu- 2
mentis cenſualibus nomen ſuum profeſſus ſit tanquam vectigalis agri poſſeſſor, ad eum onus pertinet vectigalis dependẽdi. l. hi penes Cod. de Agric. & Cẽſit. lib. 11. Iuſtinianus §. Nullus autem In Authen. de Collator. Paulus I.C. in l. Quæro ff de vſufr. leg. Valentin. & Valens Impp. in l. Pro locis Cod. de Annon. & Tribut. lib. 10. Item Leo Auguſtus in. l. 1. Cod. Vt nemo ad ſuum patrociniũ ſuſcipiat Ruſticanos vel vicos eorũ. Cui ſententiæ cõgruit Theodorici Italiæ Regis epiſtola, ad Geſilam Saionem emiſſa, in hunc modum. IS SOLVAT TRIBVTVM DEBITASQVE FVNCTIONES, QVI POSSESSIONIS NOSCITVR HABERE COMPENDIVM. Caſſiod. lib. 4. Variarum. Nec minùs publicè intereſt, prædiarias eiuſmodi indictiones à quibuſuis poſſeſſoribus exolui. Quùm ſolarij tributi præſtatione gradatim res Fiſci ſtatuſque Reipub. fulciatur. Atq; idipſum haud dubiè

intellexe-

intellexerit is,qui formam conſtituti olim in vectigalibus Thracij Imperij obiter animaduertet. Nam, ſi paruis componere magna debemus, Balduino Flandriæ Regulo à Latinis colonis Byzantiorum Cæſare deſignato,donati ſunt ab eo Latini magnates Vrbium ditione regionúmque Thraciarum, ſed iis legibus, vt quartam publicorum cenſuum partem in fiſcũ Cæſaris referrent, ſuſtinendis nempe Imperij oneribus deſtinatam. Licentiùs necnon egerat paulò antea Gottofredus Bulionenſis, Auguſtę Solymorum Princeps, deducta in Paleſtinã Syriæ Latina colonia.Ibidem enim à nouo rege victore ſancitæ Leges habitis omniũ populi ordinum Comitiis,quarum inſigne Caput huc tranſtuli,ad id,de quo quærimus,notatu digniſſimũ.*Le chef ſegnor dou Reyaume puet ſie donner dou demaine de ſa ſegnorie, ſie & fieZ tel comme il viaut à ſeruice.Et puet de ſon demaine donner à qui il viaut, & ſi franchement comme il viaut, à ygliZe, à religion, à commune,à gent laye, & puet quitter tout le ſeruice que lon li doit dou fie. Car il eſt de ſa ſegnorie ſegnor & chef,ne ne la tient d'autre ſegnor, que de Dieu.* In Libro ita inſcripto(cuius habemus exẽplar)*Des Aſſiſes & des Vſages & des plaïs de la haulte Cort dou Reyaume de Ieruſalem.* Tanta eſt vt Prouinciarum varietas, ſic morum Legúmque Regiarum.

> Præſertim verò in Francia (inquit Faber) omnes terræ vel ſunt feudales, vel aliàs pẽſionibus ſeu cẽſibus affectę, ita quòd poſſeſſores quaſi omnes ſunt vtiles domini. In §. Omnium Inſtit. de Actionib.

> Leges regni Hieroſolymitani à Gottofredo Bulinaeo conditæ.

De iure immunitatis ab Vrbanis ciuilibúſque officiis.

Cap. II.

1 PORRO non alia eſt Ruſticorum immunitas meo iudicio optabilior, quàm quæ eos vniuerſim vrbanorum officiorum curarúmque ciuilium eximit functioni atque moleſtiæ. Ambiunt, fateor, multi publica Ciuitatum munera, magiſtratus, præfecturas, honores, velut perſonatam quandam fœlicitatem. Quantò rectiùs hic,

> De iure honorum ciuilium, à quibus Ruſticitas præbet vacationem.

Quem non mendaci reſplendens gloria fuco
Sollicitat,non faſtoſi mala gaudia luxus:
Sed tacitos ſinit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla ſilentia vitæ.
Vrbe procul, voti exiguus,ſortémque benignus
Ipſe ſuam fouet, ac modico contentus aceruo
Non ſpes corde auidas, non curam paſcit inanem:
Securus quò Sceptra cadant,cuinam Aſtra minentur.
Non illum fragilis fauor,indocilíſque potenti
Plebs ſeruare fidem, euectum popularibus auris
Caſuro imponit Solio,nec ducit hiantem
Huc illuc vanos oſtentans purpura faſces.

Quinimo Diocletianus Cæſar, depoſitis Imperij inſignibus, in villa Salone detinebatur Agriculturæ ſtudio, & plerique alij,necdùm relicta purpura,identidem quæſierunt immune hoc Ruris amœni otium cum ſumma tranquillitate coniunctum. Cyrus enim Perſarum Rex

BIBLIOTECA ROMA

ille à Xenophonte celebratus, gloriari ſolitus eſt hortum ſuis manibus conſitum, & in quincuncem redactas arbores. Sic Attalus Aſiæ Rex horto ſuo fodiendo interlaxare curas conſueuerat. Numa item Pōpilius ſecundus Roman. rex, Vrbis deſerens conſilia, in Agris crebrò morabatur, ſoluſquè ibidem libenter peragrabat, vt eſſet ingenio ad virtutem vegetiore. Inquit Plutarchus in Numa. Veſpaſianus rurſùm Imperator, quùm educatus fuiſſet ſub paterna auia Tertulla in prædiis Coſanis, princeps quoque locum incunabulorum aſſiduè frequentauit, manente Villa qualis fuerat olim, ne quid ſcilicet oculorum conſuetudini deperiret. Vt ait Tranquillus in Veſpaſiano. Laudatus eſt etiam in Panegyrico Pacati Theodoſius Auguſtus, qui interdū Oppida Rure mutabat, & vitę oblitus Vrbanę exequebatur Agricolam. Ecquid referre attinuerit Mahumetem Turcarū Imp.? Hic enim publicis occupationibus Regnorum defeſſus, quæ magna ex parte armis ſuæ ditioni adiunxerat, hortum colebat ſæpiſſimè, nūc raſtris effodienda humo, nonnunquam putandis arboribus delectabatur, fructúſque ex eo decerptos ſtudioſè curabat diuendi: non vt auarus multa congereret, ſed voluptate captus præteriti ſudoris, quem in excolendo horto pertulerat.

Omnino equidem triſtiſſima eorum vita cenſenda eſt, qui populares rumuſculos, plauſumque aucupentur, qui in vrbibus conſpicui videri velint, qui inhiātes honoribus, ciuilia munia impotentiùs conſectentur. Eiuſmodi eſt Ambitio, edaceſque pectorum curæ, laqueata circùm tecta volātes, quæ mortales falſos fieri penitùs coëgerunt. Hęc nos Ambitio ad immēſos labores ſubeundos impellit, hæc iniurias, ignominias, contumelias pati edocet: ipſa etiā miſerrimo famulatu per dedecus faſcium decus mercatura, vt Columellæ verbis vtar. Sanè maxima pars hominum morbo iactatur eodem. 2

Rura mihi & rigui placcant in vallibus amnes: Flumina amem ſyluaſq; inglorius, vt dicit Mantuanus Homerus.

Ergo ſtet quicunque volet potens
Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis ſaturet quies,
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar otio.

Obiiciet aliquis, viros Agreſtes haud immunes quidem eſſe, ſed incapaces munerum ciuilium, gerendæque Reipub. planè rudes. Quales in Thracia habebantur Agricolæ, vulgò contemptiſſimi, teſte Herodoto lib. 5. Atqui Cincinnatus obſeſſi Conſulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus eſt ad Dictaturam, iterumquè dimiſſa purpura & Inſignibus, quæ feſtinantiùs victor reddiderat, quàm ſumpſerat Imperator, ad eoſdem rediit iuuencos, & quatuor iugerum auitum hęrediolum. Quin & Abdolomino agros ſerenti regimen Tyriorum vltrò traditum legimus, oblatáque Regiæ maieſtatis ornamenta, apud Q. Curtium. An verò C. Fabritius, & Curius Dentatus minùs idoneè ſuam adminiſtrarunt Rempub. quòd in operę Ruſticano eſſent verſati? At Pyr- 3

De Abdolomino Ruſtico Tyriorū Rege ſalutato.

Seruili° Vacia, uir prætorius, tēpore Senecę

ti? At Pyrrhum alter Italiæ pepulit finibus, alter Sabinos bello perdomuit. Ita priſci Coruncani, cùm induciæ bella ſuſpendebant, inter aratra viuebant, ac ne virtus quiete langueſceret, depoſitis in gremio Capitolini Iouis laureis, triumphales viri ruſticabantur.

nulla re alia notus fuit, quàm villæ otio, quā prope Cumas poſſidebat, in qua conſenuerat. Ex Senecæ Epiſt. 55.

4 Vt interim ſileam Primiſlaum Bohemorum Principem, quem à ſtiua ad Regnum Bohemiæ accerſitum narrat Æneæ Bohemica Hiſt. Quid dicam de Bamba Agricola, qui à Leone Pontif. ſummo Hiſpanicū euectus in ſolium, Mauros deuicit? Ex Ritio, Hiſpan. Reg. lib. 2. Quæſo autem, vnde Tullus Hoſtilius, vnde Licinius Imp. Rom. quorum vterque patre natus eſt Ruricola? vt Valerius Max. memorat lib. 3. cap. 4. Simili modo Othomanus Turcici Regij generis auctor patrem habuit Agricultorem, ſcriptore Egnatio lib. 3. cap. 4. Hæc de Caſtrēſi & Regia adminiſtratione, quid de vrbana, togata, Ariſtocratica; quæ in ciuili magiſtratu poſita eſt? Teſtatur Poëta, quōdam collectas Conſule meſſes, & ſulcata diu trabeato Rura colono: Vt iura daret populis, poſito modò Prætor aratro, ſeruarétque ſuas ipſe Senator oues. Inde eſt perſpicuum, datos ſerentibus faſces, & miſſas cum Curulibus ſuis per Rura palmatas, tum Agricolas Conſulares paſtoreſque Trabeatos, & Dictatores inter armenta veſtitos.

M. Iul. Licinius Imp. Rom. ex Dacia oriundus: de quo Bapt. Fulgoſius nouiſſimè lib. 3. Cap. 4. poſt vetuſtiores Rer. Rom. Hiſtoricos.

Curia prætexto quæ nunc nitet alta Senatu, Pellitos habuit Ruſtica corda patres. Buccina cogebat priſcos ad verba quirites: Centum illi in prato ſæpè Senatus erat. Ex Propert. lib. 4.

5 Scio certè noſtrates Agricolas nullo numero haberi, nec vllius honoris aut muneris fieri participes, vel Iulij Cæſaris ætate, lib. 6. de Bell. Gall. Multi nimirùm patresfamilias, falce & aratro relictis, correpſerant iam olim intra mœnia, vicariis operis contenti Villicorum & Colonorum infimæ ſeruiliſque conditionis: Quales Pagorum noſtrorum incolas Franci conſpicimus quàmplurimos. Eodem ſenſu Ariſtoteles mercenarios interpretatur Ararores & Opifices, quos, quùm in ſordidis artibus verſentur, à Sacerdotio, aliiſve vrbicis honoribus monet arcendos. lib. 7. Polit. cap. 9. Tanti philoſophi ſententiam lege ſanxerunt Arcad. & Honor. Impp. in l. Originarios l. colonos Cod. de Agricol. & cenſit. Nam & in Attica Repub. primùm, & in Romana, qualem Romulus illius inſtar conſtituit, bifariam diſtributa erat multitudo: Patricios appellabant ex illuſtribus familiis, pollentéſque opibus, penes quos fuit ciuitatis regimen: Cæteros ciues Ruſticos, quibus nullum erat in Repub. ſuffragium. Sed tandem hos quoque ad gerendos magiſtratus admiſſos fuiſſe inuenimus apud Halycarnaſ. Antiquit. lib. 2. Quæ enim Aratorum ſeruorum fæci negata ſunt, trahi nō debent aduerſus Ruſticanum prædiorum ſuorum poſſeſſorem, qui more vetuſto paterna Rura bobus exerceat ſuis, nec ſub vmbra Ciuitatis deliteſcens, fidat conductitiæ Villicorum induſtriæ. Cuiuſmodi Agrorum cultores, haud ideò de ponte deiiciēdi (vt aiunt) & à functione municipalium munerum repellendi, quòd rerum gerendarum expertes ſint. Vetera enim ſcrutanti planum fit, Carinthiam Illyricarum gētium prouinciam deferre primarios honores Ruſtico ſeni, in Principe

Reſcripto Diuorum fratrū ad Rutiliū Lupum cōtinetur, quoſdā tenues & exhauſtos eſſe, vt nō ſolùm publicis honoribus pares nō ſint, ſed & vix de ſuo victum ſuſtinere poſſint, & minus vtile nec honeſtū, talibus mādari magiſtratus.

Regionis deſignando: Quemadmodùm ab Ænea Pio perhibetur in Europæ deſcriptione.

Mos Carinthiorũ in Principe initiãdo, à ſumma vetuſtate repetitus.

In Scotia pariter fatalis eſt quidam Lapis marmoreus, cui qui Scotorũ reges dicerentur inſidentes, Inſignia recipiebant regalia. Hic Lapis in Vica Sconæ, edito tumulo locatus eſt. Inde carmen Lapidi inciſum, Ni fallat Fatum, Scoti quocũque locatam Inuenient lapidem, regnare tenẽtur ibidẽ. Ex Hectare Boethio, Scot. Hiſt. lib. 10.

PAVCIS igitur accipite rarum hunc ſolennémque Carinthiorũ ritum, Archiducem ſuum cooptãtium. Quoties nouus Princeps Reipub. init gubernacula, Ruſticus quidam marmoreum conſcendit lapidem, haud longè ab oppido S. Viti erectum in pratis latè patentibus. Ad Ruſtici dexteram bos mater nigri coloris extat, ad læuam Paramatiæ deformis equa, frequenti populo & omni Ruſtica turma. Tum Princeps ex aduerſa pratorum parte procedit, purpurati circùm Proceres ambiunt. Vexillum ante ipſum, & inſignia Principatus. Comes Goritiæ, qui Palatinę aulę pręfectus eſt, inter duodecim ſigna militaria præcurrit, ſequũtur reliqui magiſtratus. Nemo in eo eſt comitatu, quem non honore afficias, dempto Principe ipſo, præ ſe Ruſtici ſpeciem ferẽte. Agreſtis ei veſtis, agreſtis pileus, calceuſque, & baculus in manu geſtantis, paſtorem oſtendit: Quem vbi primùm Ruſticus de ſaxo venientem eſt conſpicatus, quis hic eſt, inclamat, cuius tam ſuperbum inceſſum video? Reſpondet circunſtantium corona, Terræ Principem aduentare: Ille dehinc, iuſtuſnè iudex eſt, ſalutis patriæ ſtudioſus, liberæ conditionis dignus honore? Annè etiam Chriſtianæ Fidei cultor, defenſor, propagator? Eſt, & erit, aiunt omnes. Rursùs ille. Quo me igitur (inquit) iure his ſedibus dimoueat? Reſpondet Goritię Comes, ſexagenis denariis abs te hic locus emitur, iumẽta hęc tua erunt, bouem & equam digito indicans: Item veſtimenta Principis, quæ paulo antè exuit, tecum aufetes, tua in poſterum familia omni tributo immuni futura. Quibus dictis, Ruſticus, leui colapho Principi dato, iubet legitimè ſuis ius dicere. Princeps demùm, conſcẽſo lapide, nudum gladium manu vibrans, æqua rerum Iudicia ſubditis pollicetur. Ad hunc modum, Suetiæ Regem electuri Populi Ordines, poſtquam conuenêre in ciuitatem Vpſalenſem Regni Metropolim, hinc cõfluunt ad Saxum campeſtre Oppido proximum, Moraſten ab incolis appellatum: vbi ſuffragantium votis ſuperior allegitur ad Regiam dignitatem. Id quod auctor eſt Olaus Magn. de Gentibus Septentrional. lib. 8.

Noſtra præſertim ætate temporibúſq; malis, O quãtũ vtile Epicuri dogma, λάθε βιώσας, vt viuamus cententi caſulis & collibus iſtis.

VALEANT iam Agreſtis vitæ contemptores, quaſi priuato ſolùm cultui aptæ, ſeu quæ contenta fidelibus aruis, ineptos inhabiléſque tractandis publicis negotiis efficiat. Sed, vtcunque ſit, Beatus Agricola, qui procul negotiis,

Nunc tantùm adulta vitium propagine
Altas maritat populos,
Aut in reducta valle, mugientium
Proſpectat errantes greges,
Inutileſquè falce ramos amputans
Fœliciores inſerit:
Aut preſſa puris mella condit amphoris,

Aut ton-

Aut tondet infirmas oues.

Exin Ruricola(Claudiani verſu)

Frugibus alternis, non Conſule, computat annum,
Autumnum pomis, Ver ſibi flore notat.
Idem condit Ager ſoles, idémque reducit,
Metiturque ſuo Ruſticus orbe diem.

Hanc Ruris fœlicitatem Delphicum etiam oraculum elogio declarauit luculento. Quùm enim Gyges Lydorum Rex Pythium Apollinem ſciſcitatum veniſſet, nûm aliquis mortalium ſe eſſet fortunatior, Reſpondit Pythius, Aglaum Plophidium, pauperrimum Arcadiæ Ruſticum eo longè eſſe beatiorem, quia fructibus ſui Agelli contentus, in ſumma innocentia, cunctas Regum diuitias ſuperaret. Vt ait Valerius Max. Lib. 7. Tit. De fœlicitate, cum Plinio, Natur. Hiſt. Lib. 7. Cap. 46. Scilicet ambitione, vacánſque metu, ſpe liber & inſons, natiuo cultu & gaza prædiues Agreſti, ipſe ſibi viuit nullo ſub teſte, ſuóque pendet ab arbitrio, ſuus ipſe eſt Cenſor, & alto calcat opes animo, & Regũ deridet honores. Hæc virarũ altrix Vrbi male nota voluptas.

> Hinc Græcè Οπώρα, Autumnus, & Οπώρα, poma. Nam Autumnus, ab auctis Ruſtici opibus fructuũ collectione, dictus.

> Fœlix, qui proprijs æuũ tráſegit in aruis: Ipſa domus puerũ quem vidit, ipſa ſenẽ.

8 FINEM faciam in Scipione Africano ſuperiore. Huic enim ſicut exilium ab Vrbe patefecit ciuilis vitæ dubios miſeróſque ſtrepitus, ita Agrorum ſuórum cultura, quos Linterni exulans ſuis manibus exarauit, placidam vitæ priuatæ quietem lõgè ſuauiſſimam ac peramœnã. Vti à Seneca de illo pluribꝰ ſcriptũ eſt. Fœlix deniq; ac iterũ fœlix Ruſticus,

Quem non Populi faſces, non purpura Regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro:
Sed rami fructus, quos ipſa volentia Rura
Sponte tulêre ſua, carpſit. Ex Marone in Georgic.

> Turbine magno ſpes ſollicitę vrbibus errant, trepidæque metu.

An immunitas dominis competens ad colonos protendatur.

CAP. 12.

1 SVPEREST in hac parte diſpiciendum, an Immunitas domino conceſſa, ad Colonos Agrorum producatur. Eam produci Ozaſcus opinatur Subalpini Senatus Præſes, in Deciſ. Pedemõt. 39. Pariſin. in Conſil. 69. Cui rei argumẽto eſt, quòd Ruſticus eximitur collectarum oneri nomine eorum prædiorum, quæ eidem Princeps vel ſacra Eccleſia tranſcripſerit Emphyteutica lege: Ne duplici præſtatione Coloni grauiùs onerentur. L. Priuatæ vbi Bart. Cod. De excuſat. Muner. Et verò apud Paulum lib. 5. Sentent. inuenimus relatum, eos qui de fundis fiſcalibus mercantur, exactioni publicorum vectigaliũ ſubiici, quorum tamẽ pręſtatione immunis eſt fiſcus. Proinde vulgò obſeruatur in hâc rẽ diſtinctio Bart. in l. Licitatio §. vlt. ff. de Publicã. Succeſſorẽ fiſci, vel ſacræ eccleſię, nullã vſurpare ordinarij vectigalis immunitatẽ: Secus de extraordinario, quod minimè indictũ fuit Lege, Senatuſcõſulto, aut Cõſtitutione Principali. Cuiuſ-

> In propoſito Baldus ait, Priuilegium fiſco irrogatũ tráſire ad ſingularẽ eius ſucceſſorem. In. l. 1. §. editiones ff. De Eden.

modi lectitantur pleraque in l.1.Cod.de Vacar.muner. public.Lib.10. l.In honoribus §.qui muneris π.de Vacat.muner.In his quippe ad ſucceſſorem Priuilegiarij non tranſit immunitas.Reſcripto Conſtantini Imp.in l. 1. Cod. de Priuil.domus Auguſtæ Lib. 11. Quam in partem plura congerit Yſernias Tit. Quæ ſint Regalia. In Feudis.

> Hic Artic.127. Edicti Aurelianen.non ſeruatur præciſe in Supr.Curia vectigalium regiorũ Pariſiis, Quum in hac Patria de Langue doy Tailliæ ſint perſonales, non reales : Secus in l'atria de Languedor, vbi Tailliæ ſunt reales. Nec in dicta Curia Edictum illud verificatum fuit. Areſta Curiæ die 25.Octobr. An.1567 & die. 23. Iulij 1569. De ſoluendis decimis à Priuilegiario fundum conducẽte, vel à Priuilegiarij colono.
>
> *Appoinctẽ au cõſeil* in Magnis Diebus Pictanorum quos vocant. Die.1. Octobr An. 1567.
>
> Decretum Curiæ Pariſiẽ. die. 17.Decẽb. An. 1569. ſuper appellatione à ſententia Seneſchali Cenomaniæ lata An. 1567.

GENERATIM autem Francica Lege iubentur Eccleſiaſtici,patrimonia ſua priuata locare plebeiis hominibus, vt æqua indictionum publicarum collatione, populus leuetur: Alioquin ſacerdotibus ipſis eadem penſitatione mulctandis. Quod attinet quoque ad Eccleſiaſticas ipſorum poſſeſſiones nec profanas, tandiu ſolutæ hæ ſunt Fiſcalium indictionum contributione, quandiu ſumptibus manibúſque Clericorum excolentur. Artic.127.Regiæ Conſtitut. Aurelian.Sic Iure Pontificio,Priuilegiarij de laborum ſuorum decimis non exoluendis, ſi conduxerint prædia,vel aliis locarint, nec ipſi vtuntur immunitate, nec eorũ coloni. Decretali epiſtola Alexãdri.3.Dilecti Et Cap. Ex parte De Decim. Quam ſentẽtiam Patr. Cõſcripti duobus grauiſſimis Decretis ſecuti ſunt. 8.Kal.Nouẽbr. An.1567.ac.10.Cal. Sextiles an: 1569. pro Mathurino Viuiano D.Brixij curione,aduerſus monachos Ciſtercienſes Cœnobij *De Bellebranche.* Quorum cauſa palam diſceptata in Iuridicis Pictonum conuentibus, fuerat in conſilium miſſa Kalendis Octob.an.1567.Me,Curionis illius:Buyſſone,monachorum, cauſidicis.Si tamen partiario redemptori cœnobita priuilegiarius inarãndum dederit prædium,dimidia fructuum pars quæ locatori cedit, non decumatur in rem parochi ſacerdotis. Vt Senatui placuit. 16. Kalend. Ianuar.An.1569. ad prouocationem à Cenomaniæ Præfectura,inter Balthazarem *de la Chapelle* rectorem parœciæ Ædis Dionyſij *Dorques*, & Cartuſienſes *du Parc en Charnie*, Priores templi eiuſdẽ Dionyſiani. 2

SECVNDA PARS LIB. I. DE REGVLIS IVRIS A RVSTICO NON STRICTIM EXIGENDIS.

De Iuris & facti ignorantia.

CAP. I.

> Generalia præcepta de Agricolis in integrũ reſtituendis.

DIXIMVS DE EXCVSATIONE munerum ad Rempub. pertinentium,legibus indulta homini Ruſticano: Tranſgrediamur ad excuſationes à ſcripti Iuris obſeruatione,quæ priuatam illius,remque ſpectat familiarem. Nec enim temerè maiores noſtri, Summum ius, Summam putabant crucem. Iuris quidem ignorantia prætexendus non eſt Ruſticorum error in rebus ſuis ac priuatis,niſi certis caſibus lege comprehenſis nominatim. Iaſ.in l.vlt.Cod. de Iur.& Fac.ignor. Gloſ.in §.vlt.1.quæſt. 4. Alexand. Conſil. 14. Volum. 2. & in l.Si quis id quod π.de Iuriſd.omn. Iud. Tum in l. Iuris ignorantia Cod. qui admitti ad bon. Agricolis tamen iure ſuccurſum eſt,boni Iudicis officio,nonnunquam etiam 1

Principis

Principis reſcripto in eam cauſam adhibito ac implorato. Vbicunque enim Iudicantem æquitas mouerit, ſimplicitati Ruſticanæ ſubueniendum reſpondit Vlpianus lib.4.ad edictum in l. 1. §. vlt. ff. de Eden. Paulus lib.3.Quæſt. in l. Cùm de indebito §. Sinautem ff. de Probat. Caliſtratus lib. 1. de iure Fiſci. in l.Ex quibuſdam §. vlt. ff. de Iur. fiſ. Cap. Super literis, vbi glo. in ver. ſimplicitas,& Abbas Num.6.De Reſcr. Ancharanus Conſil.375.Sed,Dij boni,quàm piè Plutarchus ad Traianum Cæſarem,Pedibus (infit) ſolo iugiter inhærentibus captátur Agricultores,quibus captis prouidentia tantò magis neceſſaria eſt, quò plura inueniunt offendicula,dum in obſequio corporis in terra gradiuntur,eíſque iuſtius tegumentorum debetur ſuffragium, qui totius corporis erigunt, ſuſtinent,promouéntque molem.i.Reipub.

Plutarchi ad Traianum Pro Ruſticis oratio.

2 Excutiamus iam particulatim,quibus in ſpeciebus,& ex quibus cauſis Agricolæ reſtituantur in integrum, vel excuſentur. Ab Obligationibus & præſcriptionibus inchoandum. Aduerſus Ruſticos non inducitur contractæ obligationis præſumptio ex diutina reditus annui præſtatione.Speculat.in §.Nunc dicamus, verſ.Si autē non ſint Tit.de Reſtit.Spoliat.Contra Iuris Ciuilis regulam,quam notat Papinianus lib.28.Quæſtionum in l.Cùm de in rem verſo D.de vſur.Ideóque Ruricola detrectans binorum caponum ſolutionem , quos abhinc decennium quotannis penſitarar,non tenetur interdicto,vtì poſſidetis,aliáve actione:niſi ius penſitationis annuæ,vinculúmque obligationis aliter adprobetur.Ex his quæ Speculat.in §. 2. verſ. Cæterùm Tit.de Cauſa poſſeſſ.& propriet.Baldus in l.Solet ff.de offic. Proconſ. & Leg.Ludou.Rom.in l.qui in aliena.ff.de Acquit. hæred.Vbi certatim aſſerunt, nuda præſtatione tricena præſumptum non eſſe in Agreſtes obligationis vinculum. Huc accedit Socini reſponſum in Conſil.145.lib.1. & Barbat. Conſil.9. lib. 2. Æquiſſimè ſanè.Nam & priſcis ſeculis,cùm Agricolæ potentiorum iniuria premerentur,ſeſe in nobilium ſeruitutem quodammodò addicebant pro tempore, iiſque annua vltrò munuſcula porrigebant.Sicuti ille apud Martialem

Non ideò præſumptione Legis Ruſticus cenſetur obligat' ad aliquid, quòd longo tempore illud præſtiterit.

Idem de Ruſticis Galliæ ſcripſit Iul. Cæſar lib.6. De bell. Gall.

Non venit inanis Ruſticus ſalutator,
Fert ille ceris cana cum ſuis mella,
Metámque lactis Saſſinate de ſylua:
Sommiculoſos ille porrigit glires,
Hic vagientem matris hiſpidæ fœtum,
Alius coactos non amare capones,
Et dona matrum vimineo ferunt texto
Grandes proborum virgines colonorum.

Quorum tamen munerum nonnulla prauè detorta ſunt in neceſſitatem quaſi debiti nouandi ac continuandi,vi maiore ſcilicet, exemplóque valde improbando.Ita Symmachi verbis, quod à principio beneficium fuit,vſu atque ætate fit debitum. Lib.10.Epiſt.54.

De Teſtamentis Agricolarum.

Cap. 2.

Teſtamentum Ruſtici valere quinque teſtib⁹ approbatũ, ſi plures in villa haberi non poſſint. De quo Bart. in l. conficiuntur §. codicilli Num. 2. ff. de iure codicill.

PERGAMVS ab Obligationibus, ad Teſtamenti tabellas. Ruſticis remittuntur à Iuſtiniano ſolennes formulæ, quæ vltimis elogiis præſtitutæ ſunt: dummodò adſtante quino teſte illi ſuprema ſua ordinarint. l. vlt. Cod. de Teſtam. Et Nouella Conſtitut. 73. cuius verba ſunt hæc. Ἐν χωρίοις πολλὰ τὰ τῆς ἁπλότητός ἐστι· καὶ οὐδὲ γραφόντων, ἢ μαρτυρούντων πολλῶν εὐπορία. Quinetiam poſt Iuſtinianum, Leo Imp. voluit totam ſignaculorum & ſubſcriptionis teſtamentariæ neceſſitatem tollere, Leoniſque de eo Sanctionem refert Hermenopulus Lib. 5. Iuris ἐπιτομῶν: Sed quæ recepta non eſt, in hoc ſaltem noſtro Occidente, qui non agnouit multas Conſtitutiones Græcorum Imperatorum. Rurſus quia nec Romana teſtamentorum ſolennia accuratè exigimus in iis Galliæ Municipiis, quæ patriis Moribus ſcriptis vtuntur, Priuilegiaria lex Ruſticorum ad ea non pertinebit. Planè iſtud vtrique regioni Francicæ commune eſt, ſeu Municipalem, ſeu Romanam legem ſequenti, quòd poſtremæ voluntates teſtantiũ, quæ chartis mandantur, teſtatoris teſtiumque anulo diſtrictè ſunt obſignandæ: Sin minùs, publicus inſtrumẽti perſcriptor tenetur ibidem ex fide profiteri, illos nomen ſuum adſcribere tabulis teſtamenti non potuiſſe. Exhinc, neglecta præſcriptione formulæ, iſtius conditum teſtamentum, Senatus irritum pronuntiauit: Atque ita interpretatus eſt Regiã cõſtitut. Aurelianen. Art. 83. in verbo (*Tous actes*) quaſi Actorum appellatio ad teſtationem iudicij vltimi protrahatur. Placito Curiæ Ornatiſſ. 4. Idus Maias an. 1570. inter Antonium Iuſtellum, & Iohannem Leuriſium ciues Lugdunenſes, quorum alter à Præfectò Lugdunenſi prouocarat. Alio item Patrum Areſto. 11. Kalend. Ianuar. An. 1571. Iano Sahuco, Claudio Vito, & Roberto Humiero litigatoribus. Interdum enim Actorum nomine contineri mandata cuiuſque poſtrema docet Cicero. 2. Philip. Quùm in publicis actis nihil ſit grauius, in priuatis firmiſſimum ſit teſtamentum.

Decretũ Senatus die. 12. Maij. 1570. de teſtamentis non ſignatis à teſtatore.

Simile Areſtũ die. 22. Decẽb. 1571.

2 CONTRA, non idem iuris eſt in Actu ſupremi Iudicij reuocatorio inter liberos, quod in teſtamentis. Ille enim conceptas noui teſtamenti formulas minimè requirit, nec eandem ſolennium obſeruationem: quam alioqui vt in faciendo, ſic in retractando teſtamento parem adhibendam reſcripſit Iuſtinianus. in l. Sancimus Cod. De Teſtam. Decreto Senatus in conſpicua purpura recitato à Seguierio Præſide Calend. Iuniis An. 1571. ſecundùm liberos teſtatoris. Quod & ſacris conſtitutionibus cautũ eſt Theodoſ. & Valẽtin. Impp. l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem Cod. de Teſtam.

Placitum Curiæ die. 1. Iunij An. 1571. De ſolennibus Actus reuocatorij inter liberos teſtamenti antea conditi.

Ruſtico non currit tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſioni ſtatutum.

Cap. 3.

Cap. 3.

1 ORDINARIVM fuit poſt Teſtamētaria Ruſticorū iura, rationē habere Prætorem Ruſticitatis in agnoſcenda Bonorum poſſeſſione ſecundùm vel contra tabulas. Nam Agricultori prodeſt error in iure, quo minùs ei dies cedat ad bonorum poſſeſſionem accipiendam. Vt ſanxit nuncupatim Conſtātinus Imp. in l. quicunque Cod. Qui admitti ad bonor. poſſeſſ. Iſtud enim hominū genus planè eſt foreſium cautionum ignarum, teſte Virgilio, Nec ferrea Iura, inſanúmque Forum, aut populi tabularia vidit: Nec rauci lites pertulit ille fori, vt de Ruſtico Claudiani verſum vſurpem. Aliis autem vitio vertitur Iuris ignorantia, copiam eorum, quos conſulerent, habentibus, quíque eam ſcientiam ad res ſuas tuendas aſſequi potuerint, conſilio cum peritioribus ineundo. Ex Pauli I.C. l. in bonorum ϖ. de bonor. poſſeſſ. Et Pomponij l. 2. §. Scientiam ϖ. Quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſeru. Vicano certè, qui Forum vitat, & ſuperba ciuium potentiorum limina, ſatis eſſe debet, quòd Ruris colendi diſciplina imbuatur, reique Ruſticæ peritia.

Ruſtico quantumuis peritiores conſulere cunctanti non obeſt iuris error, ſiue l à ciuitate longe diſtet, vel ad eam flagrante bello non audeat accedere. Romanus in l. Si duo ϖ. De Acquir. hæred.

Hinc anni labor, hinc patriam paruóſque nepotes
Suſtinet, hinc armenta boum, meritóſque iuuencos.

Vni nempe ſufficit vna ars Ruſtica (quo minùs ob inſcitiam in fraudem incurrere debeat) quam vel ſolertiſſimam eſſe, nec citra diuturnum rerum vſum poſſe teneri oſtendit faceta Hyſtoria hominis Thracij rudis in agro procurando, quem deridet Herodes Atticus, apud Gellium lib. 19. Cap. 12.

His conuenit Maronis Georgicum carmen. Iam tum acer curas venientē extendit in annum Ruſticus.

2 EODEMQVE argumento mater tametſi ius non habeat vindicandorum ſibi bonorum inteſtati filij, cui petitos tutores non compuliſſet miſcere ſe tutelæ, ac repertorium facere. l. 2. ϖ. ad Tertull. Ruſticæ tamen matri excuſationem tribui placuit viris prudentibus, quantumuis tutor ab ea petitus geſſerit ante bonorum* ἀναγραφὴν ſeu inuentarium factum, aliàſve legitimo ordine in tutoris datione non ſeruato. Francis. Ripenſis in Tract. de Peſte, ex conſilio Mariani Socyni. Quorum quidem ſententiæ aduerſantur Baldi rationes & Iaſ. in l. vlt. Cod. de iure delib. vbi ſentiunt, Agricolam, Repertorio non facto, excuſatione minimè vti debere. Id quod pariter animaduertit Alexander Immolenſ. in l. Iuris ignorantia Cod. Qui admitti. Sed hoc ita accipiendum, & conciliandę Iuris Auctorum opiniones, vt Ruſticitatis excuſatio non admittatur, iudicio Baldi, in creditorum diſpendium, qui certant de damnis amittendæ rei ſuæ. At in ſpecie à Socyno propoſita, infertur duntaxat detrimentum legitimis inteſtati hæredibus, qui certant de compendiis & emolumento acquirendo.

Ruſtica nō priuatur liberorū hęreditate, etſi horū tutor materna imperitia abuſus ſit in res pupillares.

*deſcriptionē

Matres quoq; tum excluduntur donatis propter nuptias legatiſq; ſibi à marito relictis, quùm in procuranda liberorum tutela negligentiùs ſint verſatæ. Authēt. Eiſdē pœnis Auten. Item ea Cod. de ſecūd. nupt.

3 ADMONENDI ſumus igitur, cultorem Agrorum, ſi quid imperitia lapſus egerit, & captus fuerit, 1. ſi contendat de damno vel pœna fugienda, excuſari ſuadente æquitatis ratione. Vlpian. lib. 50. ad Edictum in l. Si quis ingraueſcente valetudine §. Si quis ignorās D. Ad Syllan. in

Tolerabilior Iuris ignorantia, quùm agitur de damno vitando, quàm de lucro captando.

verb.per imperitiã vel per Ruſticitatẽ.Quod intellige in actis palàm, clanculũ verò cõmittentes excuſari Ruſticitatis imprudẽtia,qua frõte poterit hoc deſiderari? Accur. in l.1. Cod.de interd.matrim.Ita aduerſus iſtos viſum eſt Iohãni Blondello Statutorum Heduẽſium ſcholiaſtæ in §.9. limitatione.6.Ac verendum eſt omninò, ne ſummum ius in cæteris,ſumma ſit in Ruſticis errantibus iniuria: quibus non vtique præſto adſunt Iureconſulti, quorum *Cauere* eſt proprium. Vnde & ſummus Legiſlator Iuſtinianus de Ruricolis, RVSTICITAS, infit, NIHIL EIS POTERIT ADPERRE PRÆIVDICII: CVM NOS ILLIS IGNORANTIBVS ET NESCIENTIBVS IN HOC CASV NOSTRAM INDVXERIMVS PROVIDENTIAM.l.vn.§. 1.Cod.De rei vxor.act.*Οὗτοι γὰρ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν καὶ τὸ τέλος παρέχειν. Vtì Græca Anaſtaſij Cæſ.lege comprehenſum eſt.l. 18. De Agric. & cenſ.Lib.xi. Cod.

Statuta hæc ſunt Curiæ Epiſcopalis Heduẽſis,illuſtrata commentariis Ioãnis alõdelli Officialis, Cantoris, & Canonici Heduẽſis.

*Iſ enim cogũtur terram colere, & canonẽ præſtare.

Ruſticitas liberat à dolo & delicto præſumpto.

CAP. 4.

De Exemptionibus pœnarũ pro Ruſtico.

POST ciuilia negotia,delictorum etiam excuſatio verſatur 1 in cauſæ cognitione, nũm pœna illis indicta condonetur Ruſticæ ſimplicitati.Putat Vlpianus,ſi quis per Ruſticitatem,id quod in albo Prætoris proſcriptum erat, corruperit,nihil proponi,cur is teneatur:quùm ſyncera mens Agricolæ & aperta præbeat excuſationem à dolo præſumpto.Lib.3. ad Edictum in l.Si quis id quod π. De Iuriſd.omn.Iudic.l.2.D.Si quis in ius vocat.nõ ier.Hanc theſin multifariam dilatauit Corneus in Conſil.205.

Ruſticitas liberat à præſumpta fraude vſuraria, & doli ſuſpicione.

RVRICOLÆ necnon patrocinantur leges aduerſus præſumptam 2 improbi fœnoris fraudem, niſi manifeſta doli probatio religionem cognoſcentis inſtruxerit.Accur.& Bal.in l. Cùm allegas Cod. De Vſur. Vtpotè, ſi exiguo pretio Ruſticus ſibi comparauerit fundum,cautione redimendi eòdem adiuncta, non eſt veriſimile eundem coëmiſſe in fraudem vſurarum:Aliter in vrbium habitatore. Sicuti ex facto conſultus reſpondit Raphael Fulgoſ.& Iaſ.in cit.l.Si quis id quod.Cepola in Tract.de Simulat. contract.

Ruſtico cõtra ius mercanti, reſciſſa emptione, pretiũ reddendum.

*Metrocomia, Pagus maior. ſeu caput aliarum Villarum.

ADIICE his, contra iura mercantem, dolo egiſſe videri legum 3 coniectura & opinione.l.quemadmodum Cod.de Agric. & Cenſit. Verùm ceſſat hæc Iuris Ciuilis regula in Ruſtico,cui,emptione reſciſſa, nihilo ſeciùs pretium eſt reſtituendum. Accur.in d. l. Quemadmodum per l. 1.Cod.Non licere habitatoribus*Μητροκωμίας loca ſua ad extraneos transferre Lib.11.Cod.Nec enim facilè onerandus eſt Agricultor doli fraudíſque ſuſpicione,cuius potiùs ſimplicis animi coniecturam capiendam adſtruit Baldus in Rubr. Cod. de Rer. permut. In verſ. Item quare donatio. Idem in l. Precibus, col. 5. Verſ. quid ergo ſi petiit Cod. de Impub. & al. ſubſtitut. Eidem opinioni ſuffragatur Corneus pro Ruſticis,Conſil.147. lib. 2.præſumptum eſſe iudicans,Agricolam,qui emerit omiſſa forma *Statuti*,neutiquam mala fide

la fide fuiſſe in emptione verſatum: niſi Prætori liqueat ex euidentibus rerum argumentis, illum graui ſuſpicione doli laborare. Quod magis eſt, Angelo Legum Interpreti placuit, pœnam L. Corneliæ de falſis Ruſtico non irrogari, quamuis falſi reo peracto & cõuicto. Angel. in §. & licet Authent. De Teſtib.

Pagano ignoſcendum, intra diem feudi veſtituram non petenti.

2 INSVPER credendum non eſt, Ruſtico priuilegium excuſationis ablatum, qui feudi veſtituram non petierit à patrono intra tempora Moribus præfinita: Sed eius ignorantiæ Iura opitulari ſenſit Ancharanus Conſil.393. ex l. Titius §. Lucius, in verbo, Ruri agentem D. de liber. & poſth. Tum ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, cui locũ fecit vetus Edictum apud Vlpianum in l.1.ꝟ. Ex quib. cauſ. maior. Quid ergo de alterius generis clientibus, minimeque Agreſtis conditionis? Hos ſanè remorantes nouam clientelaris fidei in patronum ſponſionem purgatio moræ poſterior non liberat contumacis cunctationis pœna. Cuius manifeſtum edunt exemplum ſolennes Tabulæ clientelaris ſacramenti formulæque fidelitatis præſtitæ quondam ab Errico Ambarrorum Comite Philippo Pulchro Galliarum Regi An. 1307. octauo poſt almam Trinitatem die. Quãdoquidem Profeſſionis illius Beneficiariæ verbis continetur, Henricum non modò Regis clientem ſeſe agnouiſſe ex latifundiis omnibus, quæ cis Moſam amnem Franciam verſùs poſſidebat in Barrenſi Comitatu, verumetiam exilio in Cyprum Inſulam fuiſſe tandiu mulctatum, quoad Gallus iuſſiſſet exulem in patrias ſedes reuocari: Adſcripta cauſa videlicet, quòd Henricus cunctantiùs iuratum veniſſet in verba Principis, & maximo damno Cœnobia quædam Campaniæ Francicæ affeciſſet.

Memorabile inſtrumentum Inueſtituræ Barrenſis Comitatus & fidelitatis à Comite pſtitæ Philippo Pulchro Gallorũ regi, cuius inſtrumenti habemus exemplar.

Bar le duc, antea Comitatus.

Quibus caſibus Iuris ignorantia non proſit Ruſticano.

CAP. 5.

Temperamentum Priuilegij Ruſticorũ ios ignorantiam in 6. caſibus infrà ſcriptis.

1 NON omnia, nec paſſim, nec omnibus Vicanis indulgentur Iure Romano. Nam vt ſummatim rem perſtringam, in ſex ſpeciebus negatur ignoratę legis excuſatio Agricultori. Primò circa ius Naturæ, vel quaſi, cuius ſupina inſcitia ferenda non eſt. Putà, ſi patronum aliquis in iudicium vocauerit ſine permiſſu Prætoris: Quum ciuilis ratio naturalia iura corrumpere nequeat. Gordianus Cæs. in l. Venia Cod. de in ius voc. Dyn. in cap. ignórantia De Reg. Iur in 6. Baldus in l. in actionibus §. Plane ꝟ. de in lit. iuran. Secũdò, vbicunque Lex ſcripta meminit Ruſticorũ nominatim, ac imperitorum, quos vtique cum aliis voluerit comprehẽdi. Ex auctoritate Valentin. Theod. & Arcad. Imppp. in l. Si quis in tantam Cod. Vnde vi.

Rigor ſcriptus in ſpecie præfertur æquitati in genere ſcriptæ. Bart. in l. Nã hoc natura ꝟ. De Condict. indeb.

2 TERTIO loco, in his quæ ad rigorem iuris conſeruandum ſtatuta ſunt, Iuris error nocet Pagano, ſpe omni præciſa reſtitutionis in integrũ. Bart. in l.1. §. nuntiatio. ꝟ. de Nou. oper. nunciat. Bart. & Salyc.

in l. 1. Cod. de Iur. & fac. ignot. Guil. Cuneus in l. Cùm quis Cod. eodem Tit. Gloſ. in §. vlt. 1. quæſt. 4. Ancharanus in Repetit. cap. 1. de Conſtitut. Iaſ. in l. vlt. col. 137. Cod. de Iur. Emphyt. Decius in l. Edita Cod. de eden. Exẽpli cauſa. Si ab Emphyteuta ceſſatum fuerit tribus ſtatis ſoluendæ penſionis temporibus, ſeu trieteride plena, locus fit legi commiſſoriæ contractus Emphyteutici, in quam non datur integri reſtitutio. Accur. in l. Iuris Cod. Qui admitti. Nec diſſimile eſt quod placuit, Agricultorem, iuriſiurandi religione, qua ſeſe in paciſcẽdo obſtrinxerit, excludi beneficio Diocletianeæ Conſtitutionis (Rem maioris Cod. De reſcin. vendit.) nulla reliqua ſpe reſcindendi contractus. Vt Alexander cenſuit Cõſil. 127. Volum. 2. Sin autẽ in lege fundi vendundi Agricola circumſcriptus renuntiarit indiſtinctè omnibus remediis pro venditore læſo introductis, haud propterea exiſtimandus eſt ceſſiſſe Reſtitutionis auxilio, ſeu condictioni ex l. 2. Cod. de Reſcind. vend. niſi huiuſce remedij certior antea factus comprobetur. Quemadmodùm ſcitè ab Alexandro reſponſum eſt, Conſil. 1. Vol. 6. Cyn. & Bald. in d. l. 2. & Imolenſ. in cap. penult. De empt. & vendir. Salyceto perperam horum opinioni renitente, in cit. l. 2. Idem de Ruricola renunriante ignoto beneficio l. Si vnquam Cod. de Reuoc. Donat. Apud Tiraquell. in Repetit. d. l. Si vnquam In Præfat. Num. 102.

Ruſticus venditor generalis renuntiationis & indefinitæ verbis non videtur a ſe abdicaſſe remediũ l. 2. Cod. De Reſcind. vend.

QVARTO Ruſticis non ſuccurritur aduerſus conceptionem formularum haud obſeruatam, actuũque ſolennia lege præſcripta: quùm nec eo caſu fœminei ſexus imbecilliſve ętatis ratio habeatur. Gloz. in l. Ambiguitates Cod. de Teſtam. Salycet. in l. Quicunque. Cod. qui admitti. Baldus in l. vlt. Cod. de Iur. delib. Et in cap. vlt. ext. de cõfeſ. Alexã. Cõſil. 165. Vol. 6. Idẽ in Cõſil. 7. Vol. 7. Putà, inter Ruſticanos ineuntur nuptię pacta dos, addita donatio propter nuptias, omnia hæc ſine ſcriptura: fuit quæſtionis, an idcirco inefficax foret donatio, quia publicis actis ac monumentis non reperiretur inſcripta, quam Forenſes *inſinuationem donationum* appellant. Mouebat dubitationem, quòd Ruſtico, cui donatum erat, venia tribuenda eſſet, ſolennis formulæ ignaro, quam Iuſtinianus, deinde Reges Galli donationibus ita indixerunt, ne priùs omninò hæ valerent, quàm in acta publica relatæ fuiſſent ac perſcriptæ. Item illas iuſtas dici nuptias, licèt teſtationes in ſcriptis habitæ non eſſent. Nouella Iuſtinian. De liberis ante inſtrumenta dotalia natis l. Neque ſine nuptiis l. Imperialis §. imò etiã Cod. de Nupt. Cum Iulij Pauli leg. In ſponſalibus ff. de ſponſal. Quantò æquiùs in ea cauſa audiendus ſit Agricola, qui indocilis rerum vicinæ neſcius Vrbis, addiſcere nequiuerit Iuris apices, legiſque Regiæ ſubtilitatem? Verumtamen in cognitione Senatus aduerſus donatarium Ruricolam deciſum fuit. 3. Idus Ianuar. An. 1572. Paſquero, Coterelli, Mario, Ioannis Bui ac Mariæ Cheſneæ cauſam orantibus. Quod nouũ nõ eſt in ſolennibus actuum formulis, à quibus ne tantillum quidem, 3

De ſolennitate donationis Actis publicãdę ſeu inſinuandę.

Anno. 1572. Die. 11. Ianuar. Senatuſconſultũ de donationibus inter Ruſticanos inſinuandis.

niſi eui-

niſi euidens poſcat ęquitas,licet recedere. Vt Diuus Antoninus Marcio Auito reſcripſit.

4 IDEM enim contra milites reſpondetur à Modeſtino, lib.ſingulari de Præſcriptionibus in l.qui ſuſpectum In verb.ſolénia ff. De appellat. Et verò multa priuatim iis indulgentur in foro, quos arma tegunt & baltheus ambit:Quod placidum eſt illis,præſtatur tépus agendi, Nec res atteritur lōgo ſufflamine litis.(Apud Iuuenal.)Sed ne mirũ cuipiam videatur,in ſupraſcripta ſpecie militem vti iure priuari,decreuit Ordo Ampliſſ.pios etiam ſacroſque in vſus collatã liberalitatem idcircò eſſe inutilem,quia contrahétes eá monumētis inſerendá nō curaſſent, ſeu actis conſignandá.Areſto Curię 11.Kalend.Ianuar.an.1553.victore Nicolao Ozāna & eius vxore aduerſus Hubertum Hallam fratrem, tituli ſacerdotalis à patre donatariũ:qui tamen patrimonij ſacri inſtar obtinet,nec filij quartam minuit, nulliq́ue eſt alienarioni obnoxius.Sicuti de eo Faber expreſſim in §. vlt. Inſtit. de Inoff. Teſtam. Et in l. Si emancipati Cod. de collat.At parem deinde cōtrouerſiam publicè diſceptatam, Patres ad plenius deliberandi conſilium reuocarunt. Nobis tum contra donationem Tituli Sacerdotalis dicentibus, Loyſello donatarij aduocato.8. Cal. Decemb.an. 1569. Illud quoque nullam ambiguitatem recipit,venditorem Ruſticum priuari beneficio gentilitiæ ſeu pactitiæ redhibitionis fundi, ob minùs ritè obſignatam depoſitamq́ue pecuniam ex præſcripto Iuris Municipalis, nec vllum eidem hoc caſu paratum eſſe Regij diplomatis auxilium. Vtì à Tiraquello fusè tractatum eſt,in lib.de Retractu conuentionali §.4.glo.7.verſ.14. Ita Iaſon in l.2.Cod.de Iur.Emphyt. Imò & hoc generaliter definiunt quidam,Ruſticos, ac mulieres legum beneficio non vti, niſi certis ſpeciebus lege ipſa deſignatis. Reſponſo Iulij Pauli, lib. ſingulari de Iuris & facti ignorantia l. penul. in verb.in quibuſdam cauſis ff. De Iur.& fac.ignor. Alberic.in l.vlt.ff.De Cōdict.ſine cauſ.Imol.in cap.2. De Cōſtir.Idē in cap.Cum contingat De Iureiur.Felyn.In cap.quoniá De Symon. Romanus in Conſil.125.& Conſil.506. Decius in cap.Paſtoralis.De Except.& Conſil.274.Idem in l. 2. Cod. de Eden. Socyn. in l.Iuſtè poſſidet ff.de acquir. poſſeſſ.

Placitũ Curiæ die.22. Deceb. an.1553. Donata io piam cauſam, Regię Conſtitut. De inſinuãdis donation.ſententia contineri, quamuis illa certis caſibus excepta fuiſſet Iure Cæſareo l. ſancimos & l.ſi quis pro redemptione Cod.de Donat.

Tituli ſont prædia ſeu reditus, Clerico alicui peculiariter ſic attributi, vt ex eius nomine appelleotur.

Forenſis diſceptatio die. 24. Nouembr.Ao. 1559.An donatio in piã cauſam ſit inſinuanda.

5 HOC ampliùs tradunt legum anteceſſores, conuentionem Iure gentium inſtitutam, retractari ab Agricola non oportere, quamlibet inconſulta ipſius facilitate celebratam. Nam ius Gentium,quæq́ue ab eo ſumpſerunt originem, omnibus debent innoteſcere, nec ab vllo ignorari, tanquam vniuerſo generi humano communia. Iaſ.in l. vlt. Cod. de Iur. Emphyt. Neque eo caſu reſtitutioni locum relictum defendit Tiraquellus in Tract.de Retractu Conuentionali §. 4. gloz.7. verſ.18. Aduerſus ſententiam Cardin. Alex. in cap.1. De controuer.inueſt.& Salyc. in l. 1. Cod. de Iur. & fac. ignorant. Iuxta hoc ſunt quæ Baldus notando & diſputando,bene & optima ratione decreuit, Ru-

In Contractibus,& quę ſunt Iuris gentium, non indulgetur Agricolæ reſtitutio.

Feuda Langobardica per alienationē ipſam, quæ prohibita eſt, confiſcantur ſeu committuntur domino feudali directo.

ſticum incidere in legem feudi commiſſoriam ex prædij clientelaris alienatione non tantùm Feudiſticis moribus interdicta, ſed veteri etiã beneficiaria Pactione cliētis cum patrono, quam vulgò *Infeudationem* appellamus. Bal. in cap. 1. De controuer. inueſtit. inter dom. & empt. feudi.

AD rem pertinet, quòd nec vllo fermè caſu merentur reſtitutionē 6
Agricolę, ſiquidem in vico ſuburbano degant Vrbíque vicino: quam vrbem adire ipſi debuerant, peritiores conſulturi. Bald. Salyc, & Roman. in cit. l. Iuris ignorantia Cod Qui admitti ad bonor. Argumento ſententiæ Pauli I.C. in l Diuus ff. de tutor. & curat. dat. ab iis, & Vlpiani in l. 1. §. Si quando deſint in ciuitate, ex qua pupilli oriundi ſunt, officium eſt magiſtratuum exquirere ex vicinis ciuitatibus honeſtiſſimum quemque &c. ff. de Magiſtrat. conuen. Ruſtici enim ſubiiciuntur legibus propinquæ ciuitatis. Inde Ciuilis mos, Ciuile ius, & Politicum, à Ciuitatibus quę concilia cœtúſque hominum iure ſociati dicuntur M. Tullio: Sicuti & Agri Tributum in eam ciuitatem debet leuari, in cuius territorio poſſidetur. l. forma §. ſi verò ff. De cenſ. Tritum eſt inſuper ſermone prouerbium, Ruſticos, ſicuti nemora pro lignis, ita ciuitates petere pro conſiliis oportere. Inquit Bald. in. d. l. Iuris ignorantia, Roman. in l. Si duo D. de Acquir. hæred. Ex quo apparet, nullam ignorati Iuris excuſationē ſuffragari homini Ruſticano, eorum copiã habenti, quorum conſilio fuerat cautior euaſurus. Bal. in Cap. quæ in eccleſiarū De Conſtitut. & Conſil. 295. Volum. 3. Alexãd. in l. Iuſtè col. 9. Verſ. idē dico in Ruſtico ff. de acquir. poſſeſſ. Sed hoc ita admittēdum in Ruricolas, vt interim tamen ei incumbat probatio, qui intendit facilè illis conſilia ſumere à viris prudentibus licuiſſe: Salycetus in cit. l. Iuris Cod. qui admitti. Alioquin iuxta Gręcum Suidæ adagium, coniectura hæc retinenda, Ἄγροικος ἐξ ἄστεος, Ruſticus ab Vrbe alienus. Quinetiam aſſidua huius in vrbem profectio ſegniorem facit. Teſte Caſſio Dionyſio, Geoponicῶn ſeu Agriculturę Lib. 2. Cap. 47. his verbis, ἥ τε εἰς τὴν πόλιν συνεχὴς ἐπιδημία, ἀργότερον ποιεῖ.

Magonis Carthaginenſis de Re Ruſt. Libros duodetriginta, qui erant Punica lingua ſcripti, vertit hic Caſſius Dionyſius Vticenſis Libris 20. Græca lingua. Quod Caſſij Volumē falsò adſcribitur 10 quibuſdam exemplaribus Conſtãtino Imper.

DENIQVE pœnalibus delictis nulla obtendi poteſt excuſatio Ru- 7
ſticitatis, veniæquè deprecatio: ab eo nempe, qui dum leges inuocat, contra præcepta legum dolo committit. Ex authoritate Seueri & Antonini Impp. l. 1. Cod. de interd. matrim. In verb. Ruſticitatis Et ibi Bald. Eòdem planè refertur Conſtantini Cæſaris reſcriptum in l. Cum ancillis Cod. de inceſt. nupt. Idquè generatim porrigendum ad alia Baldus autumat, quæ inhoneſti ſpeciem quandam præ ſe ducant. In l. vbi. ff. de Eden. Imò & pedibus itum eſt in hanc Accurſij ſententiam, Ruſticis ſagacibus nulla ſcripta fuiſſe Iuris Ciuilis remedia, ſed ſimplicibus tantùm ac ſynceris,

In meris delictis & dolo cōmiſſis nullū excuſationis Priuilegium irrogatum Ruſticano.

Queis ſecura quies, & neſcia fallere vita,
Et patiens operum, paruóque aſſueta iuuentus.

Accurſ. in l. Athletas §. de Ruſticis ff. De excuſ. Tut. vbi Baldus ſagaces vocat

ces vocat *Squadratos* l. vlt.in princ.Cod.de Teſtam. Id vtique planiùs explicat idem Baldus in l.1.Cod.de interd. matrim. Quoad nos attinet,latiſſimi huius argumenti (mallem anguſtiſſimi) tractationẽ commodiùs ſeorsùm proximo Capite complectemur.

De Ruſticis Sagacibus poſteriorum temporum *Cap. 6.*

1 FRVSTRA prædictis Legum exceptionibus arctarentur Ruſticana Priuilegia, niſi antiqua virtus,& priſca fides veterum Agricolarum pridem conſenuiſſet cum tot optimorum capitum canitie, vel cum iis magna ex parte ſepulta iacuiſſet. Ruſticorum enim Priuilegiorum præconem dicere verum quid vetat? profitentem ſcilicet Iuris ſpeciem quandam, cuius artis boni & æqui ſacerdotes nos parciùs decet in vitiis conniuere.

Panurgia, ſeu Verſutia Ruſticorũ noſtri ſeculi.

2 A C fuit tempus,quùm Sancta Ruſticitas omnium ore prædicabatur. Can. Sancta quippe Ruſticitas. 2. quæſt. 7. ex Hieronymo ad Paulinum. Eaque vulgò iactabatur omnia palàm habere, teſte gloza in §.Item Seruiana In verb.Coloni Inſtit.de Action.Bartol.in l.Eo iure.D.ex quib.cauſ.pign.tac.contr.Ita Gratianus Imp.in l.Vtili ratione proſpectum eſt,vt innocens & quieta Ruſticitas peculiaris patrocinij, id eſt,defenſoris locorum beneficio perfruatur. Cod. de Defenſ.ciuit.Et Alberic.ibidem. Ne interim Senecæ teſtimonium omittamus, qui in Hippolyto,

Simplex ac ſyncera vita priſcorum Agricolarum.

Non alia (inquit) *magis eſt libera & vitio carens,*
Ritúſque meliùs vita quæ priſcos colat,
Quàm quæ relictis mœnibus ſyluas amat.
Non illum auaræ mentis inflammat furor,
Qui ſe dicauit montium inſontem iugis:
Non ille Regno ſeruit,ac Regno inuidet:
Spei metúſque liber, aut illum niger
Edáxque liuor dente degeneri petit:
Nec ſcelera populos atque inter vrbes ſita
Nouit, nec omnes conſcius ſtrepitus pauet.

Atque vtinam noſtri Ruſtici moribus referrent aut Eurychum Agricolam Cæcilianum,aut Roſcium Amerinum apud Ciceronem,qui in Municipiis Ruſticanis cultores prædij paterni re comprobarunt vitã Agreſtem parſimoniæ, diligentiæ, Iuſtitiæque magiſtram eſſe, nec tantùm diſiunctam à vitiis,ſed cum officio planè eſſe coniunctam. Quid quòd inde ortum eſt Rom.Reipub. ſeminarium?Duabus ſcilicet partibus Romuli lege populo conceſſis duntaxat, Agriculturæ,& Belli gerendi. His enim duobus homines fieri temperantiores putabat, & cupiditatibus minùs obnoxios, vt eſt apud Halycarnaſſ.lib. 2.Cui conſentanea eſt priſcorum Romanorum religioſa perſuaſio,

Lege Romuli duæ tantùm Populi partes conſtitutæ. Nã & Remus Romulusque paſtores indicãt, Rom.Regni incunabula à paſtoribus ac Ruſticis extitiſſe.

Tellus, cómunis mater ac Terræ Deę cognomen indicum maternæ venerationis.

Terram non modò appellantium matrem & Cererem, ſed & qui eius cultores piam vtilémque agere vitam conſtanti rerum fide credebant, atque eos ſolos, reliquos eſſe ex ſtirpe Saturni Regis. Vt docet M. Varro, de re Ruſt. lib. 3. Cap. 1.

Posterioribus verò ſeculis mutatæ rerum vices, Ruricolæ 3
callidiores facti ingenioque verſutiore, quàm Oppidani, mox etiam daturi progeniem fallaciorem. Variæ enim iſtorum fraudes in ſuos heros, in vicinos, in rerum ſuarum promercalium emptores, in parochos ſuarum Eccleſiarum perſtringuntur acerrimè ab Antonino Florentinorum Pontifice. In.3. parte Summarum Tit. 8. cap. 13. Ex eo ſenſim, faſtu ſuperbiáque intumuêre vafri Ruſticani, vt Ruſticitatis appellatione ſuperbia interdum ſignificetur à Pelagio Rom. Pontif. ad Narſen patritium. In Can. de Liguribus. 23. quæſt. 5. Quò ſpectare videtur Martialis epigramma.

Ruſticitas à Stobæo definitur inepta & deformis cuſtitas, & Ruſticorum verbo quid intelligatur, vide euodē Sermone. 4. ex Theophraſto de Ruſticitate.

Quære aliquem Curios ſemper Fabióſque loquentem,
Hirſutum, & dura Ruſticitate trucem.

Nonnũquam ad perfidiæ notam Ruſtico inuſtam progreſſum eſt à Gregorio Mag. lib. 3. epiſt. 26. ad Ianuarium Antiſtitem Calaritanum, quòd Ruſtici quidam ſacras decimas pendere ſacerdoti, aut libamina recuſarent. In Can. Iam verò. 23. Quæſt. 6.

Libamina, Oblationes.

Hodie demùm ſic cuncta videmus in peius ruere, ac retro ſub- 4
lapſa referri, vt Plebeius iſte Gallici Pop. ordo, degeneres aliorum mores fermè conſectetur. Quaſi infima corporis publici pars, coniuratis odiis ac fraudibus in ſuperiora membra, rapere ſecum tentet ſolidum Reipub. corpus in commune exitium, poſtquam reliquorum ſeſe Ordinum corruptelæ ſociam aut comitem adiuxerit, velut propoſitæ ad imitandum. Adeò Iliacos intra muros peccatur & extra. Verùm, ne latiùs tantum malum ſinamus graſſari in Regno Francico, admonemur Apologo corporis humani Romanæ plebi expoſita quondam à Menenio Agrippa, prudentiſſimo ciue. Cui incommodo tantò ocyùs occurrendum, quò verius eſſe quotidie Heroicum iſtud experimur.

Omnia degenerarunt ab antiqua virtute, frugalitate, probitate: Pomáque degenerãt ſuccos oblita priores. Ex Georgico Maronis verſu.

Non erit vlteriùs quod noſtris moribus addat
Poſteritas, eadem facient cupientque nepotes.

Epilogus Libri primi.

Ast de iis ſatis dictum. Nunc ad noſtram Stiuam redeamus, & 5
exculto primo Ruſtic. Priuileg. tractatu, qui Colonis ipſis competit, tempeſtiuè per hæc, ad Terræ etiam cultum perueniamus, de quo pluribus Libro inſequente mox à nobis diſſeretur. Interim excuſa (lector amice)

Quicquid ineſt, ſylueſtre licet videatur acutis
Auribus, & noſtro tantùm memorabile Pago.

Explicit Liber primus.

LIBRI II.

LIBRI. II. DE REBVS RVSTICIS.

A RENATO CHOPPINO I. C. *Conſcripti.*

PRIMA PARS. DE AGRICVLTVRA.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ, DE PARTIBVS REI FAMILIARIS, ET RVSTICÆ.

1 CVM HOMINVM CAVSA, omne Ius, nedùm Priuilegiarium, conſtitutum ſit, Primo libro, Perſonarum Ruſticarum Priuilegia excuſſimus, Iam de Rebus Ruſticanis, Tertio de Actionibus Ruſticorum, ordinem perpetui Roman. edicti ſecuti, vt res patitur, dicemus. Operis Sũma.

2 PRÆMITTENDVM hoc loco, duplicem eſſe rerum acquirendarum rationem, ex Ariſtot. in Politic. quam is appellat χρηματιστικήν. Prior ab eo vocatur οἰκονομικὴ, altera καπηλικὴ. Prioris generis eſſe ait, ex fructibus & animalibus, eámq; nuncupat οἰκειοτάτην. Manat enim honeſtus ac naturalis quęſtus ex Re Ruſtica, quæ præſentis eſt inſpectionis. Ruſticum enim haud imprudenter tractare Oeconomiã, vel ipſe indicat Celſus. I. C. lib. 9. Digeſtorum, quùm de ea gloriatur audiſſe ſe Ruſticos ſenes ita dicentes, Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: Peculium appellantes, quod præſidij cauſa ſeponeretur, vt quidam bellis ciuilibus factitarũt. L. Si chorus §. 1. ff. de Legat. 3. Huic Oeconomicæ parti ſubiungit Ariſtoteles τὴν μεταβλητικήν, quę cõmerciis cõſtat. Cuius ſpecies, eſt naturalis & Oeconomica mercatura, eiúſque finis eſt, non tam quæſtus, quàm vſus. Alia autem eſt negotiatio, quam nominat καπηλικήν, cuius finis vſus non eſt, ſed quæſtus: vt cùm quid emitur, vt poſtea cariùs venundetur. Sed vt priorem illam repetamus, quæ verſatur in Re Ruſtica, ſciendum, hãc ipſam duabus itidem partibus abſolui, Agricultura & re Pecuaria. Agricolatio item quùm ex ordine priùs occurrat tractanda, Ager diuiſus fuit, Hippodami Mileſij lege, in partes tres:

Stricta tamen ratione Villic' propter fructus percipiendos, non propter quæſtum, præponitur. Ex Paulo I. C. in L. Si cum villico ff. De Inſtitoria.

Argumentum ſumptum à Dictis Ruſticorũ.

Duæ partes Rei Ruſticę.

Iuſtiſſima hominibus poſſeſſio eſt Ager, ſecundùm Stobæũ: Ea enim, quibus eget natura, profert abundè, triticũ, oleum, vinum, &c. Argentea autem vaſa atque purpura, ad tragœdias vſum habeat idoneum, non ad vitam. De Agricultura Serm. 56.

in ſacrum, publicum, & priuatum. Sacer is definiebatur, vnde ſacra Diis fierent: Publicus, qui bellantibus victum ſuppeditaret: Priuatus, Agricolarum, vt refert Ariſtot. Lib. 2. Polit. cap. 6. Rurſus, priuatos agros in nouem eſſe diſcriminibus Cato affirmabat, vt primus ſit, vbi vineæ poſſunt eſſe bono vino & multo: ſecundus, vbi hortus irriguus: tertius, vbi ſalicta: quartus, vbi oliueta: quintus, vbi pratum: ſextus, vbi campus frumentarius: ſeptimus, vbi cædua ſylua: Octauus, vbi arbuſtum: nonus, vbi glandaria ſylua. Id quod memorat Varro, lib. 1. de Re Ruſtica Cap. 7. Hoc cognito, ad Priuilegia Agrorum veniamus.

De Præſcriptione Fundi biennio poſſeſſi à nouo cultore.

Cap. I.

Tria genera Terrarum, Cãpeſtre, Cóllinũ, Mõtanũ, recẽſet Columella, Lib. 2. Cap. 2.

Imprimis Ruſticani fundi eximia hæc eſt prærogatiua, vt ſola bienni poſſeſſione acquiratur nouo Agricolæ, qui deſertum à prioribus dominis ad culturam reduxerit. Lege Valentin. Theod. & Arcad. Imppp. Qui agros Cod. De omni agr. deſer. Lib. 11. & l. Rura. eodem Tit. Tum enim rudis, ſylueſtríque ex habitu in aruum tranſducta idcirco fœcundior haberi terra debet, quòd annorum aliquot frondibus & herbis, quas ſuapte natura progenerauit, velut ſaginata largioribus pabulis, faciliùs edendis educandíſque frugibus ſufficiat. Summoperè igitur fauendum eſſe ruſtico operi, laborique in prædia Ruſtica continuo, vel hæc oſtendit Colonica Lex, apud Maronem. 1

Lex Colonica.

Quòd niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aues, & Ruris opaci
Falce premes vmbras, votiſque vocaueris imbrem,
Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum,
Concuſſáque famem in ſyluis ſolabere quercu.

Neglectis vrẽda ſilix innaſcitur agris.

Non enim fatigatione, quemadmodùm multi crediderunt, nec ſenio, ſed noſtra ſcilicet inertia, minùs benignè nobis arua reſpõdent. Quippe quùm liceat vberrimos fructus percipere, & cum fœnore, ſi frequẽti, tempeſtiua, ac modica ſtercoratione agri refoueantur, teſte Columella. Nullum enim ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit: nullum tam aſperum ſaxetum, in quo Agricolarum cultus non elaboret. Ex Tullio in. 2. Agrariam.

Donatiſtæ fuerunt Nouatianæ hæreſeos, de quorũ Schiſmate Optatus Mileuitanus Lib. 3. ad Parmenianum, & Victor Vticenſis Lib. 3. De Perſecutione Vandalica, in Africa.

Havd abſimili ratione ſtatutum fuit Africano Cõcilio, nouos cul- 2
tores Agri Dominici ac Chriſtiani, quem Donatiſtæ infœlici hæreſeõ rubigine horridíſque errorũ carduis ſcatentẽ reliquerãt, triẽnio fieri ipſius poſſeſſores, denuò ab hoc Eccleſiaſtico munere non ſummouendos. Ex eadẽ Carthaginenſi Synodo deprõptũ eſt Cap. 1. De Præſcript. Quam ego memini me ad vſum noſtrorũ temporũ traduxiſſe, dicentẽ in Senatu, pro Dominicani ordinis Curione quodã parœciaci tẽpli apud Meldos: qui, quùm gregẽ ſibi cõmiſſum à variis impię Sectę erroribus reuocaſſet in antiquę Religionis puriorẽ cultũ, litibꝰ nihilò ſeciùs im-

cius implicabatur à ſuo *reſignante*, vt vel ſacerdotio cederet, vel ſolueret annuã penſitationẽ lege renunciationis pactam & exceptam. Itaque ab huius penſionis Pontificia comprobatione cùm Dominicanus Senatum appellaſſet abuſus nomine, Patres (cognitione ſuſcepta) ſecundùm hunc clientem meum pronuntiarunt. Ex tempore, Mario aduerſæ partis aduocato. Idibus Sextilibus An. 1573.

Placitum Curiæ Dic. 13. Auguſti. 1573. pro religioſo quodam Iacobino, reſignatario beneficij curati & parochialis, in diœceſi *de Meaux*, Reſignantario, contra auctorẽ ſuũ de penſione reſeruata.

3 SED, hui, videor miſcere ſacra profanis: Quaſi verò cœleſti Agriculturæ terreſtris affinis non ſit, quùm & ſacrorum princeps CHRISTVS patrem ſuum vocet Agricolam. Iohannis. 15. Cap. Nam, vt cum D. Paulo loquamur, Dei Agricultura ſumus, Dei ædificatio ſumus. Corinth. 3. Inde præceptũ eſt, Eccleſiaſt. 7. NE ODERIS LABORIOSA OPERA, ET RVSTICATIONEM CREATAM AB ALTISSIMO. Atque adeo Diuinæ mortalium inſtitutioni Philo Hebræus comparat culturam Agrorum. Libello de Agricultura. Huiúſque ſtudium à DEO hominibus commẽdatiſſimum perhibet. In Lib. De plantatione Noë. Is pariter in Tractatu, De eo quod deterius potiori inſidiari ſoleat, LEGISLATOR, inſit, DEVS NOE IVSTO ARTEM AGRICVLTVRÆ TRIBVIT, DOCENS QVOD IN MOREM AGRICOLÆ BONI VIR BONVS E SYLVESTRI GENERE STIRPES, QVÆCVNQVE NOXIÆ SVNT, AB AFFECTIBVS AVT VITIIS PLANTATÆ, EXCIDIT. QVÆ VERO INFRVGIFERÆ QVIDEM, POSSVNT TAMEN VICE MACERIÆ SEPEM ANIMÆ PRÆSTARE MVNITISSIMAM, EAS SINIT. Ex quibus haud abſurdè etiam colligas, Pontificio Canone non derogari priuilegiariæ præſcriptioni Agrorum deſertorum, quam Georgicæ leges Roman. Principum pro nouis illorum Colonis introduxerunt. Franciſc. Ripenſis, In Tract. De peſte. Incuriæ enim odio deſertoris aruorum propter vtilitatem receptum eſt, fundi dominium qualicunque fide capi vſu ab induſtrio Agricola: quemadmodùm & ab iis, qui veteri occupatione quõdam in vacua venerunt, tametſi natura nulla priuata eſſent. Auctore Tullio. 1. Offic. Nã in legum arbitrio ſitum eſt, interdum, prout res poſtularit, ſtatuere, malam fidem præſcribenri non obfuturam. Vt ſcripſit Ancharanus in Cap. poſſeſſor De Regul. Iur. In. 6.

Agricultura cœleſtis ac myſtica.

Philo Iudæus.

Georgicũ Ius, Agrum, quãuis ſterilem, hoc cultura fructuoſum eſſe non poſſe. Ve nit Cic. 2. Tuſcul.

4 SPECIATIM certè ad Agrorum cultum pertinentia, ſeu ad maturas fruges recipiendas, extra cauſam ſunt communium Iuris regularum. Mutiana ſententia, in l. 1. §. de eo opere, quod agri colendi cauſa aratro factũ ſit. ff. De Aqua pluu. arcen. L. vlt. Cod. de Seruit. & aqua. Nã Georgica iridẽ Lege Cõſtãtini Hermenopuli cautũ eſt, Agricolã ingreſſum ſylueſtrẽ alterius Agricolæ regionẽ, quam is excoluerit, intra trienniũ dũtaxat eã reddere domino cõpellendũ: Quòd ſi interea colonus ædes extruxiſſe, vel plantaſſe vineam in alieno ſterili ſolo proponatur, & interiecto tempore venerit loci dominus, huic non fit pote-

Leges Georgicæ Conſtantini Hermenopuli.

Vinearũ quinque ſunt genera, apud Pliniũ Lib. 17 cap. 22. Vnum ſpatiis palmitibus ha-

mi repeos: Alterum pedarũ, ſimplici adminiculo ſuſtẽtatum: Tertiũ iugatum: Quartum cõplouiatum: Quintum eſt Arbuſtiuũ.

ſtas domus demoliendæ, aut extirpandæ vineæ, ſed tantumdem loci iure penſationis accipit, vbicunque velit: Quo non præſtito, tum demùm facultas domino relinquitur diruendæ domus, ac vitis ſtirpitùs euellendæ. At vice verſa, Ruſtico, fundi proprietario peregre abeunte, tollentur quidem fructus à Coactoribus tributorum, ſed deinde reducem nullo damno afficient Exactores, nec quantulumcunque ab eo repoſcent. Vt eſt apud eundem Hermenopul. Tit. de nouis operibus, & Leg. Georgic.

De Emphyteuſi Eccleſiaſtica, ad noui cultoris hæredes etiam extraneos tranſmittenda.

CAP. 2.

Emphyteuſis eccleſiaſtica, tranſmittitur ad extraneos noui cultoris hæredes.

1 QVOD ſi non occupatione, vt ſuprà, ſed lege τῆς Ἐμφυτεύσεως inararit Agricultor rudes ſacrę Eccleſię fundos, fertiléſque ſationibus effecerit, huic ſecundum iſtud accedet Priuilegium, vt ad extraneos tranſmittatur Eccleſiaſtica emphyteuſis. Bart. & Plateanus in L. Quicũque deſertum Cod. De omni agr. deſer. Ludou. Romá. in Singul. 369. Incip. fũdus ſterilis. Idẽ in Rubr. ff. De Arbit. Felyn. in Cap. in pręſentia. De Probat. Alioqui ſacra Emphyteuſis non tranſit regularirer ad extraneos Emphyteutæ ſucceſſores. Ex Bart. in l. quod dicitur ff. De Verb. Oblig. & Panor. in Cap. in præſentia De Probat. Quod Iuris axioma licet produxerint multi in Aratores incultarum eccleſiæ poſſeſſionum, ne alij, quàm ſui ipſorum hæredes, Emphyteuticum prędium retinere poſſent. Alexand. in d. l. Quicunque Cap. Ad aures De reb. eccleſ. non alienan. Æquioré tamen arbitror Bartoli ſententiam in cit. l. Quicunque, in eámque Caſtrẽſis inclinat Conſil. 63. & Curtius in Conſil. 48. Decius Conſil. 131. Iſtic confertim prolatis à Decio plurimis rationibus, quibus vindicem ſe opinionis Bartoli aſſertorémque profitetur. De eo latiùs euoluito Ripenſis Tractatum De Peſte. Quinetiam Saſerna apud Columellam dicebat, priuatis Agrorum dominis maximè dandam eſſe operam, vt aſſiduos colonos perpetuò in villa adſeruatent, quando ſibimetipſis nõ liceret, aut per domeſticos colere non expediret. Ita Helmod. in Slauorum Chronic. cap. 10. *Manentes Domini* vocat, id eſt Villicos, ſeculi conſuetudine ſuperioris.

Franciſc. De Ripa in Lib. De Peſte.

Agri publici, qui in perpetuũ locantur, a curatore R. pub. ſine auctoritate Principali reuocari non poſſunt. Apud Paulum I C. in l. Cotem ff. De Publican.

2 PROCEDIT ſuperius Priuilegiũ in fundis Reipub. quos vectigales, aliquando in annos centenos mancipes conducebant, aliquãdo in perpetuum: Iíſque contractibus auctorem fuiſſe Ælium Pertinacem Imp. refert Herodianus. Agros præſertim de hoſtibus captos, ſolebãt veteres, alios aſſignare in pręmia veteranis, in alios Colonias deducere, quoſdam mancipibus in longum tempus locare Cenſoria cura, vt annuam aliquam mercedem Principi penſitarent. Sicuti à Iulio Frõtino traditum eſt in Libro de limitibus Agrorum. Nam prædia hæc leges

accipiebant

accipiebant ab iis qui veteranos deducebant: Et ita propriam obſeruationem eorum lex data præſtitit in iis latifundiis. Hygenij Lib. 2. de Limitibus. Varias etenim leges Agrorum extitiſſe declarat Vlpianus l. 1. ✈. De aqua pluu. arcē. Quas modò leges Colonicas, modò Cõditiones agrorum definiunt Frontinus vbi ſ, & Siculus Flaccus in Lib. de Condition. agror. Ne Romanam ἀγρονομίαν multis percēſeamus Legéſque Agrarias, Romæ toties fixas atque refixas: De quibus Plutarchus in Graccho, Appianus, Florus lib. 58. & Cic. De leg. Agrar. contra Rullum. Sed humaniſſimè omnium Theodoricus Italiæ rex apud Caſſiodorum, ne publicorum prædiorum conductores Agricolæ frui prohiberentur. GRAVE EST, (inquit) VT FRVCTV LABORIS SVI FRAVDETVR INDVSTRIVS, ET CVI DEBET PRO SEDVLITATE CONFERRI PRÆMIVM, DISPENDIVM PATIATVR INIVSTVM. DVDVM NAMQVE SPEI ET DOMITIO LOCA IN SPOLETINO TERRITORIO, COENOSIS FLVENTIBVS INVTILITER OCCVPATA, LARGITAS VESTRA CONCESSERAT: VBI AQVARVM VASTA PROFVNDITAS TERRENAM GRATIAM IN NVLLOS VSVS PROFVTVROS ABSORBVERAT. IACEBAT TELLVS NAVFRAGA, PALVSTRI TORPORE CONFVSA, QVÆ DECVS TERRENÆ SOLIDITATIS AMISERAT. HOC NOS, QVIBVS CORDI EST IN MELIVS CVNCTA MVTARE, SVPRAMEMORATIS TALI CONDITIONE CONCESSIMVS, VT SI EORVM OPERA VEL LABORE TVRPIS DESICCARETVR ILLVVIES, IPSIS LIBERATA RVRA PROFICERENT.

Leges Agrariæ.

Patrimonium autē Fiſci Galliæ vetatur in Emphyteuſim dari, ſeu in feudũ: At tēporaria ſolùm locatione addicitur plurimo licēti. Artic. 4. Edicti de vnione & conſeruatione Domanij Coronæ Franciæ, lato An. 1566.

3 PARI ſtudio culturæ Agrorum exercendæ reſcriptum eſt à Romanis Principibus, augendas non eſſe colonorum penſiones, quorum ſolertia pretia fundorum amplientur. Valentin. & Valens Auguſti in l. 2. Cod. De Fund. rei priuatæ, & Gratian. Theod. & Arcad. Cęſſ. in l. 2. Cod. de Locat. prędior. ciuil. Lib. 11. Nec iuſtos fœcundi arui reditus eſſe conſtituendos ex præſenti æſtimatione, ſed ex præterita conceſſione Emphyteutica, vel beneficiaria, qua nouus poſſeſſor neceſſe habuerit vomeribus terram ſubigere, ſubactam occare, ac omninò fructibus ferēdis aptare. l. 3. Cod. de prædiis Nauicular. & Bart. ibidem. Haud immeritò: Vt intelligamus, χαλέπα τὰ καλά. i. difficilia, quæ pulchra, & Agreſte opus eò vberiori fauore proſequendum, quò eſt laborioſius, & à Diis in publica commoda inſtitutum, hoc modo.

Primitùs autē (teſte Naſone) Fruges tellus inarata ferebat. Id quod ex Heſiodo ſumptum eſt.

Iuppiter ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit, primúſque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda:
Vt varias Vſus meditando extunderet Artes
Paulatim, & ſulcis frumenti quæreret herbam.

Singularis quidē fiſci ſucceſſor non poteſt è fundo repellere colonum, ſed de Eccleſiæ ſucceſſore id nulla lege cautum

4 EX EO deinceps profectum videtur Iuris theorema, emphyteutam Eccleſiæ teneri ſtare colono temporario ſacrorum prædiorum, qui eadē prius ſterilia aratro proſciderat, ſtercorarat, repaſtinarat, ſationibus

demũ expediuerat, inexhauſto ſudore: vt quamuis auido parerent arua colono. Bart. in l. Cognouimus Cod. de Municip. & colon. patrimon. Lib. 11. Ripenſis. De peſte. Contra vulgatam Theſin Legis Emptorem Cod. De Locato.

tum eſt, nec fiſcus & eccleſia æquiparantur. l. vlt. ꝟ. de iur. fiſ. Alex in §. vlt. l. ſi filiofamilias ꝟ. Sol. matrim.

Emphyteuſis Titio & liberis cõceſſa porrigitur ad nepotes, vno ex filiis ſuperſtite.

5 MEMINISSE hîc oportebit, Emphyteuſim eodem cultorum noualium fauore protendi ad nepotes primi Aratoris, etſi huic tantùm cum filiis adſcriptam: ſi modò iſtorum liberorum, vel vnus quidem extet in viuis cum nepote ex altero filio, die delatæ ſucceſſionis prædij emphyteutici. Nam hoc caſu, nepotis portionem nec fundi dominus ſibi vendicare poteſt iure reuerſionis, nec alter emphyteutæ filius, iure accreſcendi: Quùm etiam in Emphyteuſi patrum repræſentandorum vſum obtinere, Senarus pro nepote iudicarit. Idibus Februar. Anno. 1545. Quod magis eſt, præmorientis nepotis portio, vel alterius filij emphyteutæ accedit alteri filio ſuperſtiti, incremento quodam, excluſo proprietatis domino: quoad omnium illorum poſtremus, qui ad ius emphyteuticum ſunt vocati, diem ſuum obierit. Aliud ſequimur in Emphyteuſi duobus fratribus attributa, quorũ decedẽte altero, alteri portio deficiens non communicabitur. Speculat. in §. Nunc aliqua De locato Bart. in L. Si mihi & Titio ꝟ. de Verb. obligat.

Decretum Senatus Die. 13. Februar. An. 1545 ius repræſentationis locum habere in ſucceſſione rei Emphyteuticæ, ſicuti in mera ac pura hæreditate.

De vſufructu Prædiorum ſacerdotij, cultorum ſacerdotis opera: Cùm multiplici differentia Ruſtici prædij, & urbani.

CAP. 3.

Sacerdos retinet vſumfructũ prædiorum ſacerdotij, quæ ad culturam reducenda curauerit, licet ſacerdotio poſtea abdicatus ex crimine.

1 SVPRADICTA excipit inſigne hoc Agrarium Priuilegium ex Concilio Toletano, ſacerdotem, cuius cura nouatus ager, fœcundúſque euaſerit ſacræ Eccleſiæ fundus, eundem toto vitæ curriculo liberè poſſeſſurum, tametſi abrogato interim ipſi ob delictum ſacerdotio. Cap. vlt. De Pecul. Cleric. Et ibi Innocent. cuius opinioni Panormit. ſubſcripſit. Nec enim facilè eſt committendum, vt Clericus operam illam ac impenſam meritò lugeat periiſſe: Quemadmodùm Theodoſ. & Valentin. Impp. reſcripſerunt in l. vlt. Cod. de Alluuion. Planè in ædificiis Ruſticanis nõ eadẽ probãtur, quùm in eiuſmodi ædes impẽſa facta, minimè parem habeat Priuilegij cauſam, ac ne quidem per retentionem ſeruari poſſit: ſiue agatur de collatione bonorum inter cohæredes, déque hæreditate inter ipſos diuidunda, ſiue in iudicio reſtitutionis talium ſumptuum inter coniuges. Sepoſito eo, vt reputentur impendia, quæ ad perpetuam agri vtilitatem facta ſunt: vtpote, ſi fructuoſius prædium & vberius inde effectum ſit, ac pluris vendibile. Areſto Curiæ. 19. Kalend. Septemb. An. 1574. quod ſumma nititur æquitatis ratione.

Celebre Senatuſconſultum. Die profeſto Aſſumptionis Almæ Virg. Matr. An. 1574. De reputatione impendiorum factorum in prædio Ruſtico.

2 TANTI enim æſtimandæ ſunt humiles Ruris caſæ, quantùm cogendis ac condendis frugibus inſeruiunt. Ex Paulo, lib. 3. ad Vitellium in l. Titius Mæuio. ꝟ. De Vſufr. Magnitudo quippe Ruſtici ædificij (vt ait Vitruuius) ad modũ agri copiáſque fructuum cõparetur, oportet.

Cortes

Cortes magnitudineſque earum, ad pecorum numerum, atque quot iuga boum opus fuerit ibi verſari, ita finiantur. Si quid delicatius in Villis faciundum fuerit, ex ſymmetriis, ea quæ in vrbanis conſtituta ſunt, ita ſtruantur, vt ſine impeditione Ruſticæ vtilitatis ædificentur. De Architect. lib. 6. cap. 9. Vtrumque ſanè curandum, ne villa fundum, néve fundus villam quærat. Pliniano elogio, Natur. Hiſt. lib. 18. Cap. 6. Laudaturque domus, longos quæ proſpicit agros. Nimirùm patrem familiæ, villam Ruſticam ſic aptè ædificatam habere expedit, cellam oleariam, vinariam, defrutariam, fœnilia, palearia, apothecas, horrea, dolia multa, Torcularia, & reliqua huiuſmodi, quæ ad percipiēdos fructus, & ad conſeruandam rem ipſam neceſſariò extructa, à Catone enumerantur. Lib. 1. De Re Ruſt. Cap. 6. Si autem maiores, aut minùs amplæ, quàm poſtularit modus agri, Villæ extruantur, vtrumque fit contra rem familiarem. Ex quo L. Lucullum, & Scæuolam villarum ſuarum ſtructores reprehendit Collumella, Rei Ruſt. lib. 1. Cap. 4.

3 IDEOQVE ſuprarelatam quæſtionem impenſarum in fundo Ruſtico attigit Chaſſeneus, in Conſuet. Burgund. Tit. *Des droictz apartenans à gens mariez* §. *Et ſi leſdictz mariez* Num. 5. Verſ. poſſet hic quæri. Sed illam demùm indiſcuſſam, aliorumque iudicio dirimendam reliquit. De eo certè conſulentibus reſpondebat Vlpianus lib. 32. ad Sabinum, datum coniugi ad villam extruendam, vel agrum conſerendum, quod alioquin facturus non erat is, qui accepit, in ſpeciem donationis cadere. Ergo inter virum & vxorem hæc eſſe interdicta. l. Sed ſi mors §. vlt. ꝑ. De Donat. inter virum & vxorem. At ſi vir vxori, cuius ędes incendio conſumptæ fuerant, ad refectionem earum pecuniam donaſſet, cenſuit Paulus lib. 36. ad Edictum, intantùm valere donationem, inquantùm domunculæ extructio poſtularet. In l. Quod ſi vir D. de donat. inter. vir. & vxor. A quo non abludit Neratij reſponſum lib. 4. Membranarum in l. quod dicitur l. vlt. ꝑ. De impenſ. in reb. dotal. fact. Tandem perpenſo iudicio, exploratis veterum ſententiis, ſummā eſſe hanc definimus ex Vſu forenſi, vt quę impenſa ſunt in Ruſticum fundum, nullam habeant reputationem aut condictionem, niſi quatenùs ad ampliorem ipſius vbertatem apta fuerit erogatio, perpetuámque arui vtilitatem reſpiciat: Vbi nimirùm liceat ſpectare, nō, vt in villa Luculliana, regiè politum ædificium & Pinacothecas, ſed Oporothecas, vt in prędio Tremelij Scrofę, Apud Vartonem lib. 1. Quę omnia longè diſcrepant ab vrbani Prædij natura ac conditione: Cuius paulò antea mentionem habuimus.

Variæ opiniones de nummis expenſis in fundum Ruſticū.

Villa, pars fundi habetur. Ex Pomponio in l. ſi ita, in fi. ꝑ. De fund. inſtr. Et Villis vel Agris ſeparatim legatis, alterum alteri cedit. Ex Iulio Paulo, Recept. Sentē. lib. 3. Quia ſine fundo Villa vſui eſſe non poteſt. Arg. l. vxori vſumfr. ꝑ. De vſufr. leg.

Diffuſiora conſepta non ſolū plauſu ædificamus, ſed etiam maioribus impenſis tuemur.

Pinacotheca, locus in quo tabulæ pictæ reponuntur: Oporotheca, vbi fructus autumnales habentur.

4 EST & alia differentia inter vtrumque prædiorum genus, ex qua Priuilegium fundi Ruſtici clariùs innoteſcet. In hunc enim illata à conductore, non ſunt tacitè obligata domino Villæ & agri locati. Quandoquidem credibile non eſt, hoc ſilentio conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem arui vel inſulæ friuola redemptoris partiarij ſeu Coloni teneantur. Diſſimilis cauſa eſt inquilinorum ciuium, & vrba-

Multiplex diſcrimen inter Prædium vrbanum, & Ruſticum.

næ habitationis locatæ. Ex Vlpiano in L.ſolurum.§. ſolutam.ꝟ. De Pi-
gnorat actio. Accur.& Bal in l. certi Cod. de loc. Neratius lib. 1. Mem-
branarũ in l. Eo iure §. in Ruſticis prædiis ꝟ. in quib. cauſ. pign. Quod
vt lucidiùs intelligi poſſit, notãdum, Villam tripartitò diſtributam eſ-
ſe, apud Iunium Columellam. Pars vna vrbana elegantior, quam do-
minus ſibi recepit, eámque Vlpianus lib. 18. ad Sabinum Prætorij no-
mine ſignificauit, in l. plenum ꝟ. De Vſu. & habitat. Poſt Trãquillum
in Auguſto. Fructuaria altera, vbi fructus reconduntur: tum Ruſtica,
Villæ pars viliſſima, quam Villicus Colonus, aut vinitor, aut arborator
habitandam ſibi obtinet, familiæque Villaticæ, ac Ruſtico tantùm in-
ſtrumento continendo accõmodatam: Ex cuius pignore nihilò plus
cautionis eſſet Villę domino, quàm ex mera in perſonã obligatione.
Vnde & res omnes mobiles, quæ exercendi Ruris gratia in Villam in-
uehuntur, nulli ſunt vectigali publico obnoxiæ. Conſtantini Imp. Le-
ge Vniuerſi Cod. De Vectig. & commiſſ.

Dicta eſt Villa à vehẽdo, quaſi vehilla, quòd in eam fructus à Villico conuehantur, & euehantur quũ veneunt. Vt ait Varro De Re Ruſt. Lib. 1. Cap. 2.

Prętorium, domus Imperatoria eſt, quòd quemcunque militum Imperatorem ante qui Prætorem dicebant. De eo Pretorio Palladius in Lib. de Agricultura, Vlpian. in l. videamus D. Locat. & l. vrbana ꝟ. de Verb. ſignifie.

Proxime ſciendũ, hoc inter vtrumque fundũ intereſſe, quòd ædi- 5
bus locatis, inuecta, illata ab inquilini primi inquilino, pignori ſunt lo-
catori, à coloni noſtri colono, nõ item: quáuis noſter colonus inuecta
nobis expreſſim oppigneraſſet. Accur. & Bart. in cit. §. ſolutã & l. Si in
lege §. Si colonus Et ibi glo. ꝟ. locati. Accur. in l. Si gratuitã ꝟ. In quib.
cauſ. pign. Iaſ. in §. item Seruiana Inſtit. de Action. Nihil diuerſum de
conductore fundorum Reipub. viſum eſt Papiniano lib. 11. Reſponſ.
in l. Qui fideiuſſor extitit apud mancipem pro colono publicorum
prædiorum, quæ manceps ei colono locauit, Reipub. non tenetur,
ſed fructus in eadẽ cauſa pignoris manent D. locati. Fructus enim, qui
in prædiis naſcuntur, tacitè intelliguntur pignori eſſe proprietario
Agri: etiam ſi nominarim id non cõuenerit. Adiecto eo, quòd locator
emere volẽs à colono venales fructus arui locati, in comparatione ex-
tranei potior habetur. Ex Bart. & Plateano in l. 1. per eum text. Cod. De
Metall. lib. 11. Bart. in l. 1. §. permittitur ꝟ. De aqua quotidiana & æſt.

Arborum autẽ fruct⁹, locatione fundi ſimpliciter facta, Colonus non facit ſuos, ſecundùm Angel. de Clanaſio in Tit. De locat. Num. 19. Cõtrà ſentin, quũ vt Arbor ſolo cedit, ita fructus Arboris tranſeat cum fundo, & fructibus fundi conducti.

Praeterea colonus, impleto tempore conductionis, ſi remãſerit 6
in conductione, videtur taciturnitate vtriuſque partis Agrum recon-
duxiſſe. In vrbanis autem prædiis alio iure vtimur, vt prout quiſque ha-
bitauerit; ita & obligetur: niſi tempus conductionis quoddam ſcri-
pto præfinitum ſit. Reſponſo Vlpiani lib. 33. ad Edictum in l. Item
quæritur §. qui impleto ꝟ. locati. Tamen aduerſus nouum emptorem,
qui domo inquilinum exigere conetur, aut agro colonum expellere,
communis ſeruatur vtrique exceptio, ne re vti prohibeatur, niſi ex die
nunciationis ſpecialiter factæ, ac conductore particulatim pręmonito
à ſingulari illo ſucceſſore: licet emptor antea fundum ingreſſus, & em-
ptæ rei poſſeſſionem adeptus eſſet. Decreto Senatus extemporali. No-
nis Maiis An. 1521. Hugueto & Germano Brya litigatoribus.

Placitum Curiæ die. 7. Maij. An. 1521. *donné en plaidant*, colonum vel inquilinum ab emptore non eſſe expellẽdũ, niſi priuatim ac peculiariter denunciata illa emptione.

Illud necnon in propoſito tenendum, ius eſſe cultori fundo- 7
rum Ruſticorum apud Neapolitanos, tranſacto locationis tempore,
nouos

Senatuſcõſultum neapolitanum de prorogatione locationis prædiorum.

nouos colonos arcere à conductione,pari conditione oblata:Siculorũ tametſi moribus nudè cautum ſit, monendos veteres poſſeſſores nominatim Menſe Maio ante poſtremum annum locationis,vt è fundo diſcedant.Sed priuilegiaria hæc Agronomia ceſſat in inquilino,nec ab eo prorogari poſſe ædiũ conductionem inuito domino,quàmlibet æquis conditionibus allatis, Senatus Neapolit.iudicauit.Vt refert Afflictus in Deciſion. Neapolit.238. Quod & à Zenone Imp. fuit antiquitùs conſtitutum l. Ne cui Cod. De Locato.

8 ITEM Ruſticæ poſſeſſiones minorum annis olim ſolæ vetabantur alienari:Vrbanæ nõ ita.Cæſarea Cõſtãtini lege, Lex quæ tutores Cod. De adminiſtr. tutor. l. Oratione Cod. De curat.fur. & prod.Ad hæc, ſcriptũ eſt,ea lege donatis ædibus,vt donatori aliméta ſubminiſtrẽtur, donatarium, licet ædibus poſtea caſmate conſumptis, nihilominùs pacto conuento alligari. Bald. in L. 1. Cod. De Iur. emphyt. Franciſ. Cremẽſis in l.Singul.De Ruſticis verò latifundiis nõ eadẽ dicẽda ſunt. Ponamus enim, dominum agros in perpetuum colendos dediſſe vectigales aut Emphyteuticos, qui dehinc belli iure capti & poſſeſſi ab hoſtibus,poſtliminio demùm reſtituantur emphyteutę, non cogetur emphyteuta præteriti temporis vectigal dependere, quo fundum hoſtes occuparant. Nam ex his, quæ proponuntur, dominium Rei,nedùm poſſeſſio, ad hoſtes Iure Gentium tranſierat. Cuiuſmodi caſus periculum ad dominũ proprietatis pertinere, non ad emphyteutam, congruum eſt humanitatis rationi, vt ait Faber in L. 1. Cod. De Iure Emphyt.Secundùm quę,Patr.Conſcripti diſtrictè pronũtiarunt.Mẽſ. Decembr.An. 1564.In Volumine cauſarum Viromanduarum,Bernagio, & Auguſtino Thuano cauſæ patronis. In ſuperiore autem facti ſpecie, ſolida ædium proprietas tranſlata fuerat donationis iure in accipientem.Nil mirum igitur,periculum tempeſtatis prædictæ ab hoc eodem eſſe præſtandum.

Eum,cui donatũ eſt lege alẽdi donatoris, exuſta re donata,adhuc rẽuẽtione teneri.

Placitũ Curiæ, nõ deberi emphyteuticũ canonẽ præteritorum annorũ, quib⁹ ab hoſte fundus erat occupatus. *En plaidant du Roolle de Vermandois.*

Nũm poſſeſſor fundi obligati,eo derelicto, teneatur vltra fructuum reſtitutionem.

Cap. 4.

1 NVNC explorandum, quænam vtrique prædiorum generi, ſeu Ruſtico,ſeu vrbano communia videantur. Licitum eſt nouo poſſeſſori domus aut vectigalis agri,rem derelinquere,ac dominis cedere,quò in poſterum liberet ſe onere ſoluendi vectigalis. De vno hæſitatum fuit in Summa Curia, vtrùm Iudicio conteſtato de penſitatione illius reditus annui, poſſeſſor rebus cedens obligatis eſſet audiendus. Ratio ambigendi hęc erat,quòd poſſeſſor,litem conteſtando,quaſi contraxiſſe cenſeretur cum prædij domino ſuperiore,ex eòque in perſonam obligari.Arg.l.3.§.idem ſcribit æ.De Pecul. Speciatim verò Pariſienſium Moribus patriis conditiones inſtitutę ſunt aduerſus quemcunque poſſeſſorem, quarum vincu-

Communia prædiorũ tam Ruſticorũ quã Vrbanorum.

Tertius detentor fundi obligati tenetur perſonaliter des rẽtes.Cõſuet. Pariſien.

Auctoris forẽſis Oratio in maximo Curię Pariſien. Auditorio.

lo is non eximitur, niſi derelicta ante litem conteſtatam poſſeſſione. His, atque aliis argumentis quùm Chauuelinus collega noſter niteretur in forenſi cauſæ actione pro cœnobitis D. Genoueſes, Nos, è diuersò, pro Poſſeſſore defendebamus, in hac facti ſpecie nil proponi, quo minùs bonæ fidei emptor, fundo cedens etiam poſt acceptum iudicium, admitti deberet. Opinione Pauli I. C. in l. is cum quo ꝟ. de aqua pluu. arcen. & ibi Bart. Cōdictionē illā ex lege Municipali, cum aliqua moderatione eſſe definiendam, vt poſſeſſor cedere loco paratus, tametſi cœpta iam cauſæ cognitione, cogatur quidem reſtituere fructus fundi vniuerſos, ſed præterea nihil. Quiſquis enim ideò tacitè obligatus eſt in perſonā (fictione Iuris Municipalis) quia detineat vectigalem fundum, eo derelicto, nil ſupereſt, quo vrgeri poſſit ad ſolutionem, niſi fructuum nomine, & pro rata parte fructuum, quos ipſe perceperit, ante factam in iure ceſſionem. Ita Ordinem Ampliſſ. celebri S.C. quondam decreuiſſe, euocatis priùs in Curiam magiſtratibus pręfecturę Pariſienſis, déque illius Cōſuetudinis vſu ſolēniter inquiſitis. 14. Kalend. Apriles. An. 1433. Pedeferreo tum Præſide Curiæ primario, litigatore Wilelmo Zenone, aduerſus Wilelmum Bouuietum. Cui conueniens eſt alterum Patrum Conſultum, quod purpurea in toga pronūtiatum fuit Areſtis. Paſchalibus An. 1553. pro Domicella *de Rademont*. Cauſam vtrinque diſcuſſam Senatus ad pleniorem deliberationem reiecit. 7. Kalend. Martias An. 1570. Sed negotium tandem vniuerſim expeditum eſt in rem & gratiam nouorum obnoxij fundi poſſeſſorum. Artic. 103. Lutetianæ Conſuetud. recognitæ ac illuſtratæ An. 1580.

Senatus decretū Di:.19. Martij An. 1433. tertium poſſeſſorem rei obligatæ fundo cedētem, actione iam conteſtata, ſolùm pro modo fructuū perceptorum teneri.

Areſtum *d'appoinctē au Conſeil* Die. 23. Februar. An. 1570.

De illo conſequenter videamus, qui emptum vectigale prædium liberè poſſedit vicenis annis, nulla ei mota controuerſia de ſolario reditu iſto penſitando, Nunquid tuendus ſit longi temporis præſcriptione aduerſus creditorem, qui interim à venditore ſuum quotannis receperit? Pro poſſeſſore dicetur, experiūdi iuris cōtra ſe facultatem non ideò fuiſſe creditori ademptam, quòd ei ſingulis annis vectigal à debitore penderetur. Debuiſſe enim perſequi publicè notum rei pignori nexæ poſſeſſorem, ac de nouatione veteris nominis in poſterum, cum eo conteſtari: Quùm ſatius ſit, pignoribus quàm reis, & prędiis cauere quàm perſonis. Speculat. in §. Nūc aliqua De locato. poſt Vlpianum lib. 18. ad Sabinum in l. Pomponius ꝟ. Quibus mod. vſuſfr. amitt. Ergo creditoris ſegniriem haud prætexendam eſſe debiti ſolutione præteritorū annorum, quo minus emptor tanti temporis ſilentio dicatur præſcripſiſſe. Econtrariò allegabitur, nō eſſe iniungendam neceſſitatem creditori, vt quolibet anno cogatur teſtatò conuenire poſſeſſores, & ad nouæ petitionis initium contra eos identidem redigatur. Ex Valentin. & Valenr. Impp. in l. Male agitur Cod. De Præſcript. 30. vel. 40. ann. Nec obſtare illam longę poſſeſſionis præſcriptionē, aduerſus quam haud dubiè ipſi parata ſit reſtitutio in integrū, conſilio Fa- 2

Aduerſus creditorem, qui debitū annuatim recipit, interim à tertio poſſeſſore non præſcribi pignoratitiæ actioni.

Areſtū Die 23. Februar. Ao. 1543. cōtra pręſcriptionem Actionis hypothecariæ.

ſilio Fabri in.l.1.Cod. de Bon.matern.cui aſſentitur vulgata Iuris Regula, Non valenti agere &c. Itaque Princeps, diplomate aduerſus talem præſcriptionem reſtitutorio mouit Senatum ad dicendam pro Coupelleo creditore ſententiam.7. Kal. Martias Ann.1543.

Die.23.Febr.

3 HABETIS, quid diuerſum, quid commune ſit, inter prædium Ruſticum & Vrbanum. Sed interim, quæ Ruſticorum numero ſint habenda, ſeu vrbanorum, intelliges ex Vlpiano lib. 2. De omnibus Tribunalibus in l. vrbana prædia §. planè ſi horti in reditu ſunt, vinarij fortè, vel etiã olitorij, magis hæc non ſunt vrbana ff. De Verb.ſignif. Ex Neratio lib.1.Mẽbranarum in l.Eo iure vtimur §.Stabula ff.in quibus cau. pign. Bald.in l. Certi iuris Cod.De loc.Vbi de molendino, furno, rate, naue: quę in Ruſticis, quàm vrbanis fundis rectiùs numerantur. Planè illam Vlpiani opinionem confirmat Curię decretũ Lutetianæ, in interpretanda Lege municipij Pariſien. qua attributum eſt primigenio in hæreditariis feudis diuidundis Prætorium, ĩ. Ruſticum maius ædificium cum hortis & conſeptis ſeu clauſtris, vernaculè, *Iardins & preclostures*. Nam orta contentione de horto ædibus adiacenti, in quo nemus aut vites conſitæ erant, Senatus decreuit eum hortum Patriæ Legis mente non contineri, nec iure pręcipui cõpetere primigenio, ſed tanquam clientelarem agrũ pro virilibus inter hæredes partiundum: Excepto, ſi natu minorũ portiones, collatis aliis latifundiis, à primogenito pẽſarentur. Areſtis Septembribus An. 1572.

His cõmodè aptatur Cicer. dictũ In Catone maiore, Nõ ſegetibus ſolùm, pratis, vineis, & arbuſtis res Ruſticę lætæ ſunt, ſed pomariis etiam, & hortis, pecudũ paſtu, & apium examinibus, tum florum varietate.

De huiuſmodi Prætorio in Ruſtica villa Caligulę Cęſaris, Sueton. in Calig.

Publica Curiæ Areſta, die. 7. Septemb. 1572.

De Fructibus Arui pendentibus.

Cap. 5.

1 HACTENVS aruorum cultus, vt ait præſtantiſſimus poẽta: Nunc de fructibus Agri pendentibus. Specialiter vetita eſt ſegetum emptio commerciumque in ſolo pendẽtium, ſeu quæ in herbis ſunt: nec licet cuipiam eiuſmodi frumenti aceruos in horrea publica congerere, niſi aut familiæ cauſa, aut in medio foro tales annonariæ res venum proponantur. Conſtitutione regia Ludouici.11. Menſe Quintili An.1482. Quam Franciſcus.I. comprobauit Edicto.7. Idus. Nouemb. An. 1544. Si enim frumenta, quæ in herbis ſunt, emere liberum eſſet, hac occaſione oneraretur annona, cariórque redderetur: Quùm pariter Lege Iulia de Annona occurſum ſit eorum auaritiæ, qui annonam attẽtare & vexare ſolent, coëmptaſque merces ſupprimunt. Neque huic malè conuenit Karoli Mag. Lex Francica, in eos qui meſſis aut vindemię tempore annonam ſeu vinum mercentur, diutiùs ſeruaturi, quò cariùs vendant. Capitul. Lib.1. Cap.131. Talis necnon emptionis fœneratitius eſt contractus per eum, qui certus erat maiorem eſſe frumenti, quàm pecuniæ æſtimationem: Quod apud Baldum relatum eſt, in l. Cùm non frumentum Cod. de Vſur. & Panor. in Cap. in ciuitate De Vſur. Etſi non vtique improbetur à Labeone frumentorum venditio, quæ in

Illicitum eſt fructuum agri, qui in herbis ſunt, commercium.

Edictum regium die. 7. Nouẽb. An. 1544. *de ne vendre ne acheter bled en verd, ſinon pour ſa prouiſion, ou en marché public.*

De emptione tẽpore meſſis, cauſa cupiditatis & turpis lucri: Ex Capitulis Karoli Mag. & Ludouici Pij.

Lex Annonaria.

herbis ſint. Lib. 4. Poſteriorũ in l. fiſtulas §. frumẽra ꝑ. de cõtrah. empt.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris, Vicinúmque pecus grãdius vber habet.

GALLICA porrò non minorem externæ Reſpub. meſſium con- 2
ſeruandarum habuerunt rationem. Lege enim duodecim Tabul. quæ omnes omnium Philoſophorum bibliothecas ſuperauit, acerbiſſima iis pœna eſt conſtituta, qui fruges excantaſſent, aut meſſem ararro quęſitam nocte furtim depaſcerent. Sic grauiſſimè plectebantur meſſium inciſores in Africa, & in Myſia, vitium. Vt à Claudio Saturnino ſcriptum eſt. Lib. ſingulari de Pœnis paganorum in l. aut facta. ꝑ. de Pœnis. Sed, vt propiùs ad Regiones noſtras accedamus, lege Ripuaria SI QVIS PER MESSEM ALIENAM CVM CARRO VEL CVM CARRVCA TRANSIERIT, .15. SOLIDIS MVLCTATVR. Tit. 46. At ſublata meſſium cauſa, peculiare ius eſt Ruſtici prædij, vt per idipſum vicinus proximus iter pręſtare debeat, cùm via publica fluminis impetu vel ruina amiſſa ſit. Ex Iaboleno in l. ſi locus D. Quemadmodùm ſeruit. amittan. Tum ex autoritate Senatuſconſulti Pariſien. de eo facti nuncuparim 11. Cal. Ianuar. An. 1551. Petro Balua, & Iohãne Gignone inuicẽ diſceptãribus. Perrotro regio in Curia Conſiliario litis inſpectore. Quod tamen ita ciuiliter moderatus eſt Senatus, ne per medium pratum ire, agere vicinus ſineretur: ſed minore fundi detrimento, quadámque viciniæ familiaritate, & cum onere reſtituendi cuiuſcumque damni ob eum tranſitum prato dari, dempto quoque anni tempore in prata ingredi prohibitorio, vel quo herbæ fœniſecio ſunt paratæ. Argum. Celſi lib. 5. Digeſtorum in l. Si cui ſimplici ꝑ. De Seruir. l. Certo §. ſi totus ꝑ. De Seruir. Ruſtic. præd.

Areſtam Curię Die. 22. Decẽb. Ao. 1551. fundi vicini domino iter eſſe à vicino præſtandum.

22 eo Vicinales etiam viæ, priuatæ, agrariæ, quùm ea collatione priuatorum fundorum hoc iter eſt conſtitutũ, quod in Vicis eſt, vel in Vicos ducit. Pompon. in L. Viæ vicinales ꝑ. De locis & Itineribus publ.

MESSIS ergo conſeruandæ ſtudio rectè cautum eſt alia Ripua- 3
riorum, de quibus diximus, lege, SI QVIS RIPVARIVS IN MESSE ALIENA, VEL IN QVACVNQVELIBET CLAVSVRA DAMNVM FECERIT, ÆSTIMATIONE DAMNI CVLPABILIS IVDICETVR: SI AVTEM NEGAVERIT, ET CONVICTVS FVERIT, CAPITALE CVM FVRCA ET DELATVRA CVLPABILIS IVDICETVR. Tit. De damno in meſſe vel in clauſura. Quò grauiùs puniendus, qui pecora ſua in fœcundos vicinorum agros immittit, vt in alieno paſcãtur? In hunc prodita Lex ſacra, Exodi cap. 22. & 23. Tum Deuteronom. Cap. 22. cum Pomponij reſponſo in l. Quintus Murius, & l. Quamuis D. ad L. Aquil. Seueriùs adhuc Lege illa Ripuaria, SI QVIS PECVLIVM ALIENA IN MESSE ADPREHENSVM AD PARRICVM MINARE NON PERMISERIT, 15. SOLID. CVLPABILIS IVDICETVR. Quinetiam Scotico Edicto Kenneti regis antiquiſſimi, Suem ſegetes edentem, aut grunno cultum ſubruentem Agrum, licuit impunè occidete: Cætera item animalia, quæ quis in agro ſuo deprehendiſſet, fructum terræ depaſcentia, iure is includebat, donec pecorum dominus damnum reſarſiſſet. Cuius rei Hector Boëthius teſtis eſt, Scotic. Hyſt. lib. 10. Hoc ampliùs, Sabaudis ius eſt, animal quodcunque in vitibus

Ad hunc tractatum pertinet quod Hippodamo Mileſiorum legiſlator de tribus iudiciũ dabat, dãno, iniuria, cędc. Vt ab Ariſtot. traditum eſt, 2. Polit. Cap. 6.

Vetus Lex Scotorum, lata circiter Annum Salutis. 850.

Decretum Senatus Subalpini de occidendo animali in

ſtibus deprehenſum interficere, Allobrogici Senatus decreto. 7. Cal. Septēb. An. 1559. Ex lib. Edictorum Duc. Sabaudiæ. Sed, obſecro, finge, bubulci vaccas, dum patula ſub arbore dormitaret, in alienos ſaltus euagatas, eóque ab obuiis quibuſdam domum deductas Iuridici locorum domini. Tum expergefactus bubulcus, qui illas reperit in dominica corte pallantes, abſente Domino, reduxit in antiqua paſcua: Inibi tamē relicta vxore, quæ nummariam damni dati æſtimationem reuerſo dynaſtæ exolueret. Verùm hic aliunde concepta indignatione, quaſi vindictæ occaſionem nactus, reſpuit oblatā à Ruſtica pecuniolam: Deinde litē inſtituit aduerſus ſubditū eundē, nō modò propter boum in ſylua paſtum, ſed & propter earū ſe inconſulto reductū. Quia verò bona fide, nec dolo reductum fuerit animal damnificum, placuit Belgicis Iuriſperitis, nullā à bubulco pœnam cōmiſſam ex æquo & bono videri: ſeu quòd irrita boū pręhēſio foret, priuata manu facta, ſeu quòd Dominus ſummo iure in ſubditos agēdo, ſūma iniuria vti cēſeatur. Vt Nicol. Goſſo memoriæ prodidit, in Cōmentar. Atrebaticæ Cōſuetud.

vineis adprēhenſo. Dic. 26. Auguſti An. 1559.

Conſt. d'Artois.

4 ATTAMEN prædicta Iuris regula in Viatore locū non habet, per ſegetes tranſeunte, cui fas erit euellere ſpicas, matura poma aliquot ex arbore decerpere, quæ protinùs edat: quanrumuis reliquarum rerum alienarū vſus arbitriúmque alteri, inuito domino, non permittatur. Hebræis Conſtitutionibus metentē & colligentem manipulos non omnē decebat meſſem excutere, ſed relinquere manipulos quoſdā, egentibus alimētū. Vt eſt apud Ioſephū, Antiq. Iudaic. lib. 4. cap. 6. Et Deuteronomij Cap. 23. 24. de ſpicilegio aduenis, pupillis, ac viduis permittēdo. Quod Rutthę pariter Moabitidi cōceſſit Booz Hebræus. Cap. 2. Lib. Ruth. De vineis itidē, racemi pauperibus, & oleatum fructus reſeruandi ſunt, ſacri elogij auctoritate: Queādmodùm & vindemias agentes obuium quemque ſinere debēt, ex iiſdē Baccheiis donis fructibúſque deguſtare. Deuteron. Cap. 24. & 25. Can. diſcipulos De conſecrat. Diſtinct. 5. Ex Matthæi, 12. Euſebius necnon lib. 13. Platonē reprehendit, qui pro ſingulis racemis ex aliena vinea captis ſingulas plagas velit inferri, in Platonica Legiſlat. Idē iuris eſt de pabulo equi viatoris, ſanctione Friderici Ænobarbi Cæſaris, in hāc formulā. QVICVNQVE PER TERRAM TRANSIENS, EQVVM SVVM PABVLARE VOLVERIT, QVANTVM PROPINQVVS SECVNDVM VIAM STANS IN LOCO AMPLECTI POTVERIT AD REFECTIONEM ET REPARATIONEM EQVI SVI, IMPVNE IPSI EQVO PORRIGAT. LICITVM SIT ETIAM IPSI, VTI HERBA ET VIRIDI SYLVA, ET SINE VASTATIONE ALIQVA, QVILIBET VTATVR PRO SVA COMMODITATE, ET VSV NECESSARIO. De pace tenen. & eius violat. In Feud. Ne interim Langobardæ legi immorer planè cōſimili, quā tulit Rotharius Rex Tit. De Itinerātibus. Quo iure tamen ne paſſim liberum eſſet abuti, ab Honorio Cæſare interdictum eſt, militibus potiſſimùm, ne ab his priuatorum prata fatigarentur. l. Prata Cod. De Paſcu. publ. lib. 11. & l. 1. de Priuil. dom. Auguſt. eod. lib.

Ouidius in Nuce, male deridet hoc viatorum priuilegium. Si licet hoc, (inquit) oleas diſtringite, cędite meſſes, Improbe vicinum carpe viator olus. Intret & vrbanas eadem petulantia portas. Sitque tuis muris Romule iuris idem. Auferat hic aurū, peregrinos ille lapillos, Et quaſcunque poteſt tollere, tollat opes.

VTCVNQVE ſit,quæ publica tangunt,carpere conceſſum eſt,hoc 5
via iuris habet: Quando prima mortalium ætate

Maro in Georgic.

Nec ſignare quidem, aut partiri limite fundum
Fas erat,in medium quærebant,ipſáque Tellus
Omnia liberiùs nullo poſcente ferebat.

Quinetiam Pericles ea ſuis prædiis maceriam ſuſtulit, vt ad fructus percipiendos, omnibus egentibus,liber pareret aditus.

Quidnã & hodie proprium cuiquam,puncto quod mobilis horę permutat dominos,ac cedit in altera iura? Sic quia perpetuus nulli datur vſus,& hæres hæredem alterius,velut vnda ſuperuenit vndã,(ex Horatio)Nóne ingenuo homine dign⁹ eſt,fructus Agrorũ vtẽdos amicis permittere,vel egenis erogare,aut cuiuis alioqui Chriſtiano? Cimonis certè illius ethnici apud Athenienſes prædicatur hoſpitalis liberalitas, quùm ita inſtituiſſet,ac Villicis imperaſſet,vt omnia prętberenrur,quicunque Laciades ex ſuis curialibus in villã ſuã diuertiſſet. Apud M.Tulliũ.2.Offic.Maiore adhuc humanitatis ratione reſponſum eſt,viatorẽ, qui in agro repererit,aut in itinere,nõ fruges vtique,ſed aliàs quaſcunque res alicuius deperditas,domino poſtea nõ apparente,earũ nanciſci dominiũ,nec à Regiis magiſtratibus eſſe inquietandũ. Sicuti Faber in §.vlt.Inſtit.De Rer.Diuiſ. *Hodie*(inquit)*noſtri Iuſtitiarij Regis Frãcię ſibi vſurparũt, quòd ſic inuẽta faciunt ſibi reddi,& trahunt ad emẽdas nõ reddẽtes: Quod eſt cõtra ius,& malefaciũt.* Venetis autẽ retũ fortuitò repertarũ certus eſt Iudex ac ſpecialis magiſtratus, qui illas addicit vel Vrbis ærario, vel priuatis, vel repertori. Teſte Conrareno, lib.4. De Magiſtrar.Venet.

Cimonis Athenienſis hoſpita Villa.

RECEPTVM eſt itidẽ alio peculiari iure fructuũ Agri,nũmarias locationes aruorũ reſcindi poſſe,& in annuã frumenti penſitationẽ redigi inuito conductore:ne populus re annonaria ac frumẽtaria deſtituatur. Edicto Principali,idque cõprobante Senatus decreto. 13. Cal. Nouẽb.&.11.Kalend.Decemb.Anno.1573. Quanquã enim ſemel contracta inrer priuatos locatio haud facilè diſſoluitur, nec eò magis quàm emptio:tamen ex vtilitate publica conſtitutũ eſt, & rem annonariam iuſtis pretiis vendere ſingulos teneri,& à priuatis de ea pactionibus aliquando diſcedere. Argumentũ huius rei eſt,quòd Romę COSS.inopia frumenti quùm laboraretur,per ſingulas domos ciues frumentum profiteri iuſſerunt,vt quod ſupereſſet familiari vſui,conferretur in publicũ. Apud Halycar. Antiquit.lib.9. Inde plurifariã Reges noſtri edixêre,frumenta,niſi Principali permiſſu,nõ tranſuehẽda in exteras Regiones. Imò & Hyſpanica lege accuratiùs eã in cauſam prouiſum eſt, vetitúmque,ne frumẽta priuatim emantur,neu venũdẽtur. Qua re factũ eſſe ſcribit Simanca Epiſcop⁹ Pacẽſis,vt frumẽta ibidẽ æquis pretiis præberẽtur,& ſummã annonę vilitatẽ fuiſſe conſecutã. In Collectaneis ſuis De Repub. Eadẽ de cauſa milites,quos Beliſſarius ad vrbis Romanæ tutelã reliquerat,Conone duce ſuo ab iis obtruncato,huius ideò facinoris veniam impetrarunt à Iuſtiniano Cæſ. quòd ille frumentum cum militum iactura coẽmẽte clanculum,ſimul & venditare conſueuiſſet. Vt eſt apud Procopiũ,lib.3.De Bel. Gotthor. 6

Edictũ die.20. Octob. & Senatuſconſultũ Die.21 Nouẽb. An.1573. de pecuniaria fundi conducti penſione in frumẽtariam conuertenda, propter annonæ tum caritatem.

Luſitaniæ fertilitas, quę Hyſpaniæ ſeu Iberiæ pars eſt, celebratur ab Athæneo, Dipnoſoph.lib.8.

De vſuris

De vſuris, ſeu vſurarum loco fructibus fundi conceſſis.

Cap. 6.

1 PRÆCLARO deinde fructus pendentis Priuilegio cōpertum eſt, in eo nō ſpectādum ad amuſſim vſurarū modum, cæteroquin legibus intra licitam quantitatem præfinitum. Vt à Philippo Imp. ſancitum fuit l. ſi ea lege poſſeſſionem mater tua apud creditorē ſuum obligauit, vt fructus in vicem vſurarū cōſequeretur, obtentu maioris percepti emolumenti propter incertū fructuum prouētum reſcindi placita non poſſunt Cod. de Vſur. Idquè apertiùs adhuc Gregorij. 9. Pontif. reſcripto declaratur in Cap. Nauiganti De Vſur. & Alexandri. 3. Cap. in ciuitate, eod. Tit. Harum vtique ſanctionum æquitatem elicias ex Maronis poëmate.

An fructus fundi, loco vſurarum pacto dati ſubijciantur reductioni ad legitimum modum vſurarum.

Sæpè ego, cum flauis meſſorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam ſtringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam latè ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent, ita turbine nigro
Et pluuia ingenti ſata læta boúmque labores
Diluit, implentur foſſæ, & caua flumina creſcunt.

Verùm, auctore Tibullo, ſpes alit Agricolas, ſpes ſulcis mandat arantis Semina, quę magno fœnore reddat ager.

Tandem gliſcēte fœneratorum auaritia, qui immodicas vſuras indies obtegebant ſpecie frumētariæ præſtationis annuæ, quā in legitimi fœnoris fraudē extorquebant, cautū eſt Lege Regia, frumētariū vectigal nūmis conſtitutum ad vſurariæ pecunię calculos eſſe reducēdum, hoc eſt, intra modum nūmarię vſuræ, qui vncia ſeu duodecima Aſſis debiti parte definitur. Tertio Calen. Decemb. An. 1565. Hoc autem Edictum Senatui probatum eſt. 3. Nonas Apriles Anno poſteriore.

Conſtitutio Regia Die 29. Nouemb. An. 1565. tranſlatiua frumentariæ penſitationis in pecuniariam. Veriſicata in Parlamento Pariſien. die. 3. April An. 1566.

2 PROPONEBATVR in hac vſurarū quæſtione, ſocerum dotis cauſa pollicitū genero quingenta, ac dimidio ſummæ dotalis repræſentato, illi frumentariū vectigal annuū ſpopondiſſe in ſolutum reliquæ dotalis pecuniæ. Vocatus deinde in ius ſocer poſtulat, frumentarium reditū hunc redigi ad iuſtum vſuræ pecuniariæ modum, quem[que] Frācica Senatuſcōſulta fœneratitiis cōmerciis indixerunt, vt denuò nūmariis tantùm vſuris ſoluēdis maneat obligatus. Ex aduerſo, Gener, in re dotali priuilegiaria non eſſe reductioni locū in aliam ſpeciem vel ad moderatā legitimarum vſurarum quantitatē. Reſponſo Papiniani lib. 12. Reſponſ. l. in ſulam §. vſuras. ff. Solut. Matrim. & Decretali epiſtola Innocētij. 3. Salubriter De Vſur. Cognita cauſa, Præfectus vrbi Pariſienſi decreuit, frumētariā penſitationem in nūmarias ſortis vſuras commutatum iri. Genero ſubinde prouocante, Placuit Ordini Clariſſ. male appellaſſe. 5. Nonas Maias an. 1571. Cauchonio, & Loyſello cauſidicis.

Primæua quaſitas reditus annui pecuniæ conſtituti adeo eſt ſpectanda, vt etiam ſi debitor ſecundo tractatu aſſignarit in perpetuum creditori certum fundum (*par aſſiette*) eūmque tranſtulerit perpetuò in creditorem, non ideò debitori ademptum ſit ius redimendi reditus cum fundo, oblata ſorte principali ac vſuris. Placito Senatus inter Petrum Rike, & Renatum *Marteneau* litigantes Die 21. Auguſti An. 1574. Petro Bonguerin litis expoſitore. In. 4 claſſe inquiſitionum Curiæ. Areſtum Curię die. 3. Maij An. 1571.

3 HVIC ſcripturæ conſequēs eſt referre, Antoniū Ialigneū vendidiſſe Albopineo ſolariū vectigal frumentariū, à variis nēpe fundorū poſſeſſoribus debitū, cū hac cautione pollicitationis, *de fournir & faire valoir ladicte rēte fōciere par le vēdeur*. Eo nomine Marius pro vidua vēditoris,

An venditori reditus fundiarij, quem vocant, id eſt, de

rente fonciere, liberum ſit enim redimere pro arbitrio, tanquam vectigal pecunia conſtitutum, ſi vendendo, reditus in ſe obligationem ſuſcepit.

Rente fonciere, & Rente conſtituee a pris d'argent.

Areſtum Curiæ, ex venditione reditus prædiarij laudimia competere domino directo. *Appoinctè au Conſeil* die.15. Maij An.1572.

Praxis Forenſis Legis Pontificiæ, Ad noſtrá De empt. & vend. Et Cap. Illo vos De Pignor.

Iudicium Curiæ die.14. Iulij An.1573.

Areſta Die.30. Maij An 1572. & 24. Ianuar. An.1573. De pigneratitiis fundis ſpecie venditionis.

ſic agere, prædiarium iſtud vectigal eodem loco habendum eſſe eóque iure metiendum, ac ſi initio data pecunia, prædium oppigneratum fuiſſet annua penſitatione. Modico quippe pretio venundatum, adiecta ſponſione reditibus hypothecariis perquam familiari, aut potiùs peculiari, *de fournir* &c. Quaſi reuera venditor illud æs alienum debitúmque vectigal in ſe tranſcripſiſſet. Non ſecùs ac vſurarij debitores perſonali talium penſitationum vinculo obligantur. Ergo prædiarium illud vectigal ita iuri redimendi obnoxium videri, atque ſi rei exordio traditis nummis conuentum fuiſſet. Nos, è contrariò, pro emptore, latum eſſe diſcrimen inter reditum ſolarium, & nũmarium, ſeu quem Pragmatici volatilem appellãt. Illum enim, rectè fundi partem exiſtimari, & in rebus ſoli numerandum, ex Concilio Viennenſi Exiui De Verborum ſignific. Cum Leone & Anthemio Impp. in l. iubemus nulli Cod. de Sacroſ. eccleſ. Ex huiuſmodi reditus alienatione, nõ minùs quàm fundi, laudimia patrono debeti, auctore Senatus Placito Menſ. Februar. An.1568. Cauchonio, & Hamelio cauſam orantibus. Emptorem igitur nihilò magis compellendum eſſe ad prædiarium vectigal retrò vendendum, quàm prædium ipſum. Patres controuerſiã plenè diſceptatam conſilij eſſe pronuntiarunt. Idibus Maiis An.1571.

DIVERSVM ius conſtituitur de Agro diſtracto vili pretio cum lege redimendi, manente interim poſſeſſione penes venditorem, qui 4
fundum fruendum conduxerit pecuniaria mercede in vulgares ſolitáſque pretij vſuras æſtimata. Nam hoc genus venditionis inutile eſſe, ac prætextu alienationis adumbratum pignus Curia iudicauit. Me, venditoris, Buyſſone, emptoris cauſam agentibus. Pridie Idus Quintiles An. 1573. Interdum quoque iiſdem de cauſis, Senatus hanc fictitiæ venditionis ſpeciẽ, ſeu veriùs fundum pigneratitium trãsformauit in annuã penſitationem nummariam pro modo illati pretij, luendam quocunque tempore, ac pro debitoris arbitrio diſſoluendam. Decreto. 3. Cal. Iunias. An.1572. ſecundùm Chriſtophorum Rozeum, aduerſus Iohãnem Aubericum. Alio item perſimili. 9. Kalend. Februar. Ann. 1573. Hieronymo Troncheo, ac Iuliano Vitulo contendentibus. Et hoc rectè. Nam calamitate noſtrorum temporum effectum eſt, vt plerique per mediam Galliam, quaſi Romæ in foro ad medium Ianum ſedentes de fœneranda pecunia diſputent, ei quæſtuosè collocandæ ſolùm intenti. Ex quo plurimi debitores, nonnunquam & fœneratores ipſi, ad ſummam egeſtatem deducuntur: Veluti Damaſippus ille apud Flaccum, qui ex negotiatore factus philoſophus Stoicus ita loquitur.

Poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo, Excuſſus propriis.

Proinde, in iis fœneratitiis ſordibus, quoad potuit Supr. Curia, vſurarum modũ legitima quantitate nummi vſurarij, & reditus annui qualitate temperauit.

De Cerealibus Feriis ac Vindemialibus.

CAP. 7.

CAP. 7.

1 FRVCTVS Agri tandiu pendentes iam cogendi ſunt, & à meſſoribus colligendi: ſed non abſque eximio quodam Cæſarum Rom. priuilegio in illis demetendis. Quemadmodùm enim intempeſtiua cultura agrum fieri deteriorem, reſpondit Caius lib. 10. Ad edictum Prouinciale in l. Si merces §. conductor ff. Loc. Ita oratione Diui Marci ſpeciatim prouiſum eſt, occupatos circa rem Ruſticam, dum meſſis vindemiæque ſunt, in forum non compellendos. Quales Agricolæ, meſſores, glandilegi, vinitores. Similiter Diuus Traianus Minicio Natali reſcripſit, ferias huiuſmodi, quùm fructus accipiuntur, ſpica, aut fœno cæſo, vua adempta, excuſſa olea, vindemia coacta, has (inquam) ferias à forenſibus negotiis dare vacationem. Quippe Aſcræo carmine, Æſtas non ſemper fuerit, componite nidos. Hic labor, hinc laudem fortes ſperate Coloni. Iuxta quæ, Vlpianus lib. 7. De Offic. Proconſ. ſenſit ea, quæ ad diſciplinam militarem pertinerent, etiam feriatis diebus peragenda. Quod noſtri Legum profeſſores adplicādum putant ſtudioſis literarum, togatæ videlicet ſacramento militiæ obligatis, quæ caſtrenſi adæquatur. Accurſ. & Doct. in l. penul. ff. De Fer. Odofredus in l. Omnes Cod. Eod. Tit. Archydiac. in Can. ieiunia De conſecrat. Diſtinct. 3. Lucas Pennat. in l. 1. Cod. De agricol. & cenſit. Lib. xi. Septembri præſertim & Octobri menſe togatis redeundum eſt in gratiam cum veteribus amicis. i. Libris, quùm hoc vindemiarum tempore nullos adeſſe Iudices in Curia Summa neceſſe ſit, præterquam ſorte ductos, per quorum numerum decreta confici poſſint, more hoc forenſi ab Octauij Cæſaris legibus repetito. Sicuti Tranquillus narrat in Auguſto. Interea enim opportunè recoquendos nos dare expedit politioribus Muſis, dùm placidus Ruſculi ſeceſſus *Ludere, ſi qua velis, calamo permittat Agreſti.* Vt non mirer Flacci ruris peragrandi, cùm in Vrbe eſſet, cupiditatem his expreſſam Verſiculis.

O Rus, quando ego te aſpiciam, quandóque licebit
Nunc veterum libris, nunc ſomno & inertibus horis
Ducere ſollicitæ iucunda obliuia vitæ?

Proin obſtupuit Cic. (lib. 3. Offic.) quòd quùm African⁹ ſuperior otio Ruſtico & ſolitudine apprimè delectaretur, nulla tamē ei⁹ ingenij monumēta mādata literis, nullū opus otij, nullū ſolitudinis munus extaret.

2 ALIA cauſa eſt operum Agreſtium in feriis ſacris, Diuorúmque ob cultum inſtitutis. Moſaicæ Exodi Cap. 12. ex Lege Diuina. Tibulli etiā admonitu, Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat Arator, Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus. Licet enim

Sæpe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & Iura ſinant, riuos deducere nulla
Relligioque vetet, ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres,

Autumnales propriè fruges eſſe, denotat ſic Martialis, Epigramm. Lib. 10. Hæc igitur, media quę ſunt mihi nata Suburra, Mittimus Autumni cerea poma mei.

Ne quis meſſiū vindemiarūmque tempore aduerſarium cogat in iudicium venire, niſi in caſibus l. 1. 2. & 3. ff. de Fer.

Aſcra, ignobilis vicus Bœotiæ, clarus exinde ortu Heſiodi. Auctore Strabone.

Nil operis faciens in Diebus feſtis & ſolennibus, exceptis his quæ ad reſecandum pertinent inquit Dominus.

Imprimis venerare Deos, atq; annua magnę Sacra refer Cereri, &c. Ex Marone.

De Seruit. Tit. De Meſſe & Vindemia.

Patriæ meæ. Art. 184. & 185. quibus dominica nuntiario prohibitoria vrenrium moribus recepra cōprobatur. Ibidem nos cumulatè de hoc iure dominico in noſtris Commentariis ad Conſuetud. Andegauam, quos ex vſu forenſi Senatúſque decreris concinnauimus, patriæ Legis inrerpreres, edendos propediem, duce & auſpice Chriſto. Burelerius rurſum in Summa Rurali *banna* illa reperiir ex priſca obſeruatione Francorum, addira huius Tituli præſcriptione *Des bans & deffenſes d'Aouſt par le iuge du Seigneur.* Antiquitùs necnō Præſides prouinciarū ex conſuerudine cuiuſque loci ſolebanr meſſis vindemiarumque cauſa rempus ſtaruere, vt ſcripſit Paulus lib. 1. ad edictum in l. 4. ϖ. De fer. Sed hæc de meſſibus interdicta, meo quidem iudicio prorſus obſoleuerunt. Georgicis modò legibus Hermenopuli in eam rem proſpectum eſt, vr ſi quis, ſuæ partis meſſe collecta, viciníſque regionibus nondùm demeſſis, pecora ſua illuc deduxerit, aur aliàs damnum vicinis intulerir, flagris afficiatur, eúmque, cui damnum inflictum eſt, ſeruet indemnem. Tit. De Damno.

Lex Georgica.

De meſſoriis Operis, & Ruſticarum Operarum mercede.

Cap. 8.

Ruſtici egregij laboris merces.

QVEMADMODVM maturæ meſſi, feriis indictis, conſultum eſt, ita meſſorum ſimul operis, mercede propoſira, conſulendum. Nam Ruſtici mercenarij labor eò fauorabilior eſt, mercedíſque priuilegio dignior, quò operoſior in Gallico ſolo potiſſimùm, quod Solinus Polyhiſtor fœliciſſimum celebrat præpinguibus glebis, cōmmodum prouentibus fructuariis, conſirum magna ex parre vitibus & arbuſtis, omni ad vſum animantium fœtu beatiſſimum. Cap. 24. Ac Regula quidem Iuris eſt, in locatione rerum, penſionem inciuiliter peti, niſi omnibus partibus eius temporis præteriris, de quo inrer partes conuenerar. Accur. in l. Æde Cod. De Loc. l. 1. §. ſi penſio ϖ. De Migrando Bart. in l. 1. §. Diuus. ϖ. De Vatiis & extraordin. cognir. Aſt in operarum locarione, Ruſticarum præſertim, idcircò pecunia dietim meſſori ſoluenda eſt, quia magis in ſumptus diurnos erogari viderur, quàm ſalarij nomine. Argum. eorum quæ Paulus I. C. Lib. 1. Sententiarum, in l. Legatus antequam. ϖ. De Legarion. Vlpianus, lib. 31. ad edictum in l. ſi verò non remunerandi. §. vlt. ϖ. Mand. l. 1. §. diuus Et ibi Bart. D. de variis & extraord. cognit. Idem in l. Aduerſus Cod. De Loc. Idquè tanto ampliori iuuatur fauoris ratione, 1

Hinc Rus dictū, quòd in eo quotannis rurſus eadem fiāt, vt capiatur fructus. χωρίον, ἀγρὸς. Ex Varr. lib. 4. De Ling. Lat.

Geoponica, ſeu de Re Ruſtica Selectorū libri. 20. græci, Conſtantino Cæſari (quorundam opinione) nuncupati. Fertur & alius vetuſtiſſimus liber, ſed ἀνώνυμος, περὶ τῆς Ἀγροικίας ſeu de villa Ruſtica. Noſtra quoque ætate Auguſtinus Gal-

Quòd redit Agricolis labor actus in orbem,
Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.

Nec minùs luculētè hoc indicat Geoponicōn Liber. 2. Cap. 77. Περὶ μέτρου ἐργασίας, ſeu de operarionum menſura, cū præcedenti Cap. ΟΤΙ δεῖ τὸν ἐφεστῶτα ἐφημερίδα τῶν ἔργων ἔχειν, καὶ πῶς αὐτὸν προσήκει τάξεις τῶν ἐργατῶν ποιεῖσθαι. id eſt, Quòd Villicus operū ephemerida, ſiue diarium habere debear

re debeat,& quo modo operariorum faciendi ordines. Nam vel in Agro colono ſeruandum eſt accuratè Catonis oraculum. Quid eſt primum? Agrum bene colere. Quid ſecundum? bene arare. Quid tertium? ſtercorare.

Ius Brixienſis ſcripſit de ſecretis veræ Agriculturæ. An. 1568.

2 APVD Francos igitur Ianus. 2. Rex Edicto perpetuo, Aratorum operis, Vinitorum, meſſorum, fœniſecum dixit mercedis nummariæ modum, cum hac adiectione, vt à Solis exortu ad occubitum vſque, illi in opere continuò verſarentur. 3. Cal. Februar. An. 1350. Quò pertinet ſentētia Baldi in Rubr. Cod. De oper. Liber. At noſtro ſeculo Villici, Coloni, Ruſticíque omnes operarij, corradunt ex Ruſtico labore innumeras pecunias ab Oppidanis, eáſque præfractè ac pertinaciter extorquent, quæſtu planè immoderato. Cui malo priſci vrbium habitatores ſerius obnoxij extitêre. Nam tum incolebantur Ruſticæ Villæ ciuibus per vices eò commigrantibus, inſtrumentis fundorum inſtructæ.

Edictum Franciscum die. 30. Ianuar. An. 1350.

Agreſtem hanc veteres vitam coluere Sabini,
Hanc Remus & frater, ſic fortis Hetruria creuit.

Exinde Numa, Agrum à Romulo bello partum inter ciues in tenui re diſtribuit, vt inopiam ſcelerum parentem tolleret, & Agricolatione ferum populum domaret, quæ acrem pacis amorem in animis poſſet excitare. Hinc illæ Attilij Calatini Ruſtico opere attritæ manus ſalutē publicam ſtabilierunt, ingentes hoſtium copias peſſundederunt, quæquè modò arantium boum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuêre. Vt à Valerio memoriæ proditum eſt. lib. 4. cap. De Paupertate.

Attilius Seranus, à ſerendo cognomen aſſecutus.

Valer. Max.

3 VELLEM mehercule vigeret ſaltem apud nos Patrius mos inſtitutúmque Vtopienſis Inſulæ, in qua oppidani viciſſim agros ſuos luſtrare ſoliti villaticis negotiis ipſimet occupantur. In ea Repub. nullæ extant Ruſticæ familiæ, quæ in viris mulieribúſque pauciores habeāt quàm quadraginta, præter duos adſcriptitios ſeruos, quibus pater materque familias, graues ac maturi præficiuntur, & ſingulis tricenis familiis Phylarchus vnus. E quaque familia, viginti quotannis in vrbem remigrant hi, qui biennium Ruri compleuêre: In horum locum totidem recentes ex vrbe ſubrogantur, vt ab his, qui annum ibi fuêre, atque ideò Ruſticarum peritiores rerum, inſtituantur, alios anno ſequēte docturi: Ne ſi pariter omnes ibi noui & Agriculturæ rudes eſſent, aliquid in annona per imperitiam peccaretur. Id quod argutè Morus in Vtopia percenſuit.

Lex Vtopienſium.

Sic Columella ait, Romanos ex Vrbe in Agros redigere ſuos ciues conſueuiſſe. Quod & in pace à Ruſticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur.

4 VERVM in Gallia, quoniam pleroſque continet vrbica ciuiliſque ambitio, putat Columella, ſimili caſu, ſuburbanum prædium commodiſſimū fore, quò frequens excurſus facilè poſt negotia fori contingat: Ita Villicum ſemper cum familia futurum in officio, & nummariis domini ſumptibus, aruorum ſaltem fructus reſponſuros. Quod tamen Francico magiſtratui penè * ἀδύνατον ſit, qui in tam litigioſa Gallia

* impoſſibile.

mæandris forenſibus implicitus, ſic forenſi Piſtrino aſſiduè molam verſans

Gnauus mane forum, veſpertinus petit ædes.

Adeo, vt Budeus Gallus non potuerit non inuehi in Dyſnomiam Franciæ, & inextricabilem Gallici fori moleſtiam. Quantò adhuc cum ciue peius agitur, longinqua rura mercante, qui non ſolùm hæredibus patrimonio ſuo, ſed, quod grauius eſt, viuus cedit ſeruis ſuis ac villicis, qui tam longa dominorum diſtantia corrumpuntur, & corrupti rapinis magis quàm culturæ ſtudent. Maiores enim fertiliſſimum in Agro, oculũ domini eſſe dixerũt.* Πολλῷ τὸν ἀγρὸν ἀμείνω ποιεῖ δεσπότου συνεχὴς παρουσία· πάντας γὰρ ἐπὶ τὴν τῶν ἔργων προτρέπεται ἐπιμέλειαν. &c. Geoponicῶn lib. 2. cap. 1. Quinetiam apud Pomponium ſcriptum eſt, longè ab Vrbe villicari, quò herus perrarò veniat, non eſſe villicari illud quidem, ſed dominari. Inde Ruſtico præcepto, qui agrum pararit, domum vendat, ne malit vrbanum quàm ruſticum larem colere. Cui enim magis cordi fuerit vrbanum domicilium, Ruſtico prædio non erit opus. Vt tradit ille Ruſticationis parens Mago Carthaginenſis. Illud denique vetus eſt, & Catonis, Agrum peſſimè multari, cuius dominus, quod in ea faciundum ſit, non docet, ſed audit Villicum.

Quid beoe ſtercorat agrũ: Veſtigia domini.

*Agrum multò meliorem facit aſſidua domini præſentia. Omnes enim ad operarum ſedulitatem impellit, alios in opere alacriores collaudando, alios ſegnes obiurgãdo, ad vnum ſcopum diligentiæ & ſedulitatis omnes reſpicere cogit. Caſſius Dionyſ. Vticẽſis Lib. 2. Agriculturæ Cap. 1.

Germanorum Lex Colonica.

IN ea autem rerum difficultate, Germani antiquitùs hanc obſeruarunt Villicarum operarum cautionem, vt ſeruorum ſuam quiſque ſedem, ſuos penates regeret: frumenti modum dominus, aut pecoris aut veſtis iniungeret colono, & ſeruus hactenùs pareret. Nec enim Germani ſeruis, in Romanorum modum deſcriptis per familiam miniſteriis, vtebantur, vt refert Tacitus De Morib. German. Ad hunc fermè modum comparatus eſt noſtrorum Franciæ Colonorum vſus ac conditio, quos ideò partiarios appellamus, cum Caio. lib. 10. ad edictum prouinciale in l. Si merces. §. vis maior. ff. Loc. De quibus ita prouiſum eſt Lege Georgica, ſi à Ruſtico egeno vineam colendam ſumpſerint, vt dimidium ferrent, & vites non conuenienter putarint, vel terram conſeuerint, paſtinarint, ſcrobes ve fecerint, eos nihil ex fructibus percepturos. Vt teſtatur Hermenopulus de Legib. Georgic. 5

Lex Georgica.

Fructus intelliguntur deductis impenſis, quæ quærendorum, cogendorum, conſeruandorum eorum gratia fiunt, etiam ſi à prædone. l. ſi a patre. §. fructus ff. de Petit. hæred.

Vitem à vino ferendo dictã eſſe docet Varro, ſiue quòd inuitet ad ſpem percipiẽdarum vuarum. Lib. 4. De ling. lat & Lib. 1. de re ruſt. cap. 31.

IAM de Coloni moribus vltima fiat quæſtio, vtrùm eiuſdem expulſi, quòd malè verſatus ſit in re conducta, operarum ratio habenda ſit. Viris prudentibus placuit, operarum pretium vtique reſtitui conductori. Iulianus lib. 8. Digeſtorum in l. Fundus qui. ff. famil. hercis. Cui conſonat Marcelli ſententia in l. Colonus D. de Vi. & vi arm. Secundùm quos, idem Baldo probatur, in l. Æde Cod. De Loc. Sinautem colonus, ſuſcepta cultura vineæ vel arui, pactioneque cum domino inita, rem aggreſſus ſit, & pœnitentia ductus, eam negligat, Georgicis Legibus mulctatur iuſta agri vel vitis æſtimatione, quæ nihilominùs à proprietario retinetur. Auctore Hermenopulo. Sed ad vitãdam hanc moleſtiam, ſapienter eadem lege ſancitum eſt, ne alienum colonum quiſpiam reciperet, aut receptum, vt prædio quod deſeruit, eum reſtitue- 6

reſtitueret:Si verò id exequi contempſiſſet, inferret in Fiſcum argenti libras duodecim:Ita à Præſide vrgendus ad exhibendum colonum,& ad priores dominos deducẽdum cum omni iactura, damno & peculio ipſius. Vt ab eodem Hermenopulo annotatur. *Georgica Leg.*

Fructuum à ſolo ſeparatorum Iura ſingularia.

CAP. 9.

1 COLLECTIS frugibus Villicorum opera, dicendum ſuccurrit de fructuum Priuilegiis, qui ſeparati ſunt à ſolo. Primum eſt,ad frumenti comparationem datas pecunias reddi ciuitati oportere, non in erogata compenſari: Veluti, debitoribus fiſci, quod fiſcus debet, penſari non inciuile eſt:excepta cauſa frumentaria,& quod rei annonariæ nomine debetur. Reſponſo Vlpiani lib.3. opinionum in l.2.ꝟ.De Adminiſtr. rer.ad ciuit. pertinẽ. Idemque apud Hermogenianum relatum inuenimus. In l. Aufertur §. vt debitoribus.ꝟ. De Iur.fiſ.Nam hæc in vniuerſum regula ſequẽda eſt, Reipub. debitorem ex cauſa frumentaria, diſtrictè ſoluere cogi, exploſa omni compenſationis exceptione. Alexandri Imp.lege.3.& l. ſi ex venditione Cod.De Cõpẽſat. Nec iniuria, cùm publicę quoque vtilitatis ratione, lex frumento priuati imponi poſſit, nulla licet in Rempub. ſponſione obligati. Sic Apollonius Thianeus, communis ſalutis ſtudio, huc perpulit quoſdam Pamphyliæ ac Ciliciæ negotiatores,qui multos frumenti aceruos domi clauſos detinebant,vt totum forum eo frumento complerent: ex quo populum quaſi reuixiſſe Philoſtratus aſſerit Cap. 11. & 12. Lib. 1. in vita Apollonij. Eodem inſtinctu Henricus. 6. Britanniæ inſulæ Rex Edicto perpetuo cõſtituit An. 1439. exteris mercatoribus in poſterum non licere,frumenta ſua, aliáſve merces, maximè quæ ad hominum victum pertinerent, extraneo cuiquam diuendere,ne per eam occaſionem Monopolia inducerentur. Cuiſmodi legem,vt Reipub. commodam,ſeruari etiamdùm in Anglia legimus apud Polydor. In Anglic. Annal.

Debitũ ob cauſam frumẽtariã vel annonariã compenſatione retineri non poſſe.

Anglica hæc Conſtitutio lata eſt in publicis tuti⁹ Regni Comitiis Londinenſibus apud Vueſtmonaſterium.

2 SEQVITVR aliud frumenti ius proprium, vt eius in foro venditi pretio non perſoluto,debitor cedens bonis minimè audiatur. Quo in negotio, ſufficiat vnum hoc argumenti cauſa retuliſſe. Iacobus Serruzius palàm propoſuit in foro Lutetiano promercalem auenam,(quę ex frumẽtaceo quoque genere herba eſt,apud Plinium.lib.16.cap.17.) Conuentum de pretio cum Remigio Arnoldo auenæ emptore, fides de pretio habita. Die ſolutionis exeunte, nec numerata pecunia, emptor confugit ad ceſſionem bonorum: Cuius præſidio ſummotus Senatum appellat. Nacardus pro eo, legibus introductum eſſe huiuſmodi ceſſionis remedium: In hac ſpecie nihil eſſe impedimento,quo minùs bonorum ceſſio locum habere, & hoc iuris auxilium poſtulanti debeat ſuffragari. Nos contrà, pro negotiatore illo frumentario, vetitum Ciuili vrbanaque Pariſiorum Conſtitutione, in priuata ciuium horrea ne frumẽtum inferatur,quod à tali propola ſemel in Vr-

Auctaris forenſis diſceptatio in Senatu Pariſien.

Ordinationes de Iuriſdictione Præpoſiturę & Scabinatus Vrbis Lutetianæ.

Iiſdē Francorum vetuſtis legibus, De rebus quæ ad victum pertinēt, niſi quis huiuſmodi negotiationem exerceat, nullus teloneum pendito.

bem aduectum ſit, aſt in forum venaliū duntaxat. Artic. 5. Cōſtit. Pariſien. Idem fermè Legibus Karoli Mag. continetur, VT MERCATVM NVLLO LOCO HABEATVR, NISI VBI ANTIQVITVS FVERIT, ET LEGITIME DEBET ESSE. Meritò igitur conſulendum mercatorum neceſſitati, aduerſus fraudatores, qui foro cedunt: ne illi fidem publicam ſecuti fœdè circumſcribantur, in clariſſimo rantæ Vrbis emporio, & quaſi culpæ conſcio ciuium vniuerſorum conuentu. Regia Lege piſcatorias merces in pari cauſa, qua frumentum, haberi, vt emptor piſcis maritimi in foro venditi, nec iuuetur beneficio ceſſionis bonorum, nec dilatorio ſolutionis Diplomate. His adiungebam, præſentis controuerſiæ exitum, periculoſæ plenum aleæ eſſe, euenturúmque exemplo periniquo, vt debitores perfidi, compluresque fruſtratores, vltimum hoc ceſſionis perfugium exquirant.

Hæc regia Cōſtitutio De piſce maritimo vendito extat in calce Ordinationum vrbis Pariſien. de quibus ī.

Cedere namque foro iam non eſt deterius, quàm
Æſquilias à feruenti migrare Suburra. Auctore Iuuenali.

Adde, mēſores frumentarios habere ius excuſationis à tutela, ex reſcripto Diuorum Marci & Commodi, quod præfecto Annonę dederūt. l. Menſores. ff. De Excuſat. Tut. Multa quoque alia priuilegia ab eodem Marco tradita citat Capitolinus, quibus omni rei frumentariæ grauiter prouiderit. Non idem fortaſſis ſtatuēdum videretur in iis vrbibus, in quibus, horreo publico rem annonariam Oppidanis ſubminiſtrante, his minùs neceſſe ſit frumentum à priuatis negotiatoribus mercari. Externis enim Ciuitatum Politiis horrea publica inſtituebantur, vbi frumenti aceruí conderentur, habendi in promercio, ac ſingulis ciuibus identidem vſui futuri. Ex quo Sitonæ apud Athenienſes, coëmendo frumento cogendóque præficiebantur: Cum his, σιτοφύλακας præpoſitos fuiſſe curæ frumenti adſeruandi, notat Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. Nec diuerſa ratione Romani Capuam, horreū cellámque eſſe Agri Campani, Aratorum receptaculum, nundinas Ruſticorum voluerunt: quod Cicero ſcripſit contra Rullum. In cæteris deinceps Oppidis, vſitatus mos frumenti in horrea publica referendi. Quemadmodùm ſacris conſtitutionibus expreſſum eſt Valentin. & Valent. Impp. in l. 1. & 2. Cod. De conditis in publicis horreis Lib. 10. Exin Cæſares teſſeram dare populo conſueuerant, ſeu frumentarium ſignum: quo exhibito, vnuſquiſque frumētum pro portione accipiebat à Præfecto annonæ, vt eſt apud Tranquillum in Auguſto. De qua Teſſera Iuuenalis, Sūmula ne pereat, (inſit) qua vilis teſſera vęnit frumēti, Et Hermogenianus in l. ſed & ſi §. ſi libertis ſuis teſſeras. ff. De Iudic. Cū l. Titia Seio. ff. De Legat. 2. Eiuſmodi ferebātur fiſcalia ſeu publici canonis frumenta, quæ in alimoniam publicam conferri ſolita memorat Caſſiodorus, lib. 2. Variarum. cap. 20. Itē Arcad. & Honor. Impp. in l. penul. Cod. Quæ res vendi. Sic Venetiis, tres Curatores etiamdùm

Imperialia Priuilegia.

extant,

extát, ſeu Coactores publici frumenti, quorum officiũ ſexdecim mẽſibus durare tradit Cõtatenus lib. 4. De Magiſtratib. Venet. In Gallicis necnon oppidis, frumentatorũ munus politicũ decreuerat Regia Cõſtitutio τῆς πολιτείας vulgò nuncupata, publicis horreis pariter ibidem inſtitutis. Pridie Nonas Februar. An. 1567. Sed quùm Legem hanc Ædilitiam nihilo conſtantiùs receperit Francorum vſus, aut cuſtodierit, quàm permultas alias ad publicam rerum adminiſtrationem pertinẽtes, fauendum eſt haud dubiè frumentariis mercatoribus, qui identidem aduecto in Ciuitatem frumento, minutatimque ſingulis ciuibus venũdato, plurimùm ſeruiunt Vrbis annonæ, ac Ædilium Cerealium vice defunguntur. Exin priuilegium dicitur in Luſitania ſeruari, vt qui, ſiſti iuſſus eſt, ſi triticum ferre ſe teſtificetur, clamore hoc Hiſpanico, *trabo* vel *trigo*, eum ſtatim liberum dimittat actor, alioqui malè mulctãdus à populo. Sicuti ergo Romæ, Argentarij auctionibus interueniebant, qui pecunias à licitantibus ſtipulati, auctionantibus repræſentarent, vt vel minima quidẽ tolleretur publicæ fidei læſæ ſuſpicio, teſte Cicer. Pro Cæcinna, & Scæuola. I.C. in l. filiæ ff. De Solut. Ita, illorum inſtar, ferè ſunt Lutetiæ, qui vinarij venditores, pecuariique appellantur, & cetatij, piſcariúque operam negotiatoribus præbentes ſubinde cõmeantibus: ne in foro diu ſedere cogantur, & à ſingulis emptoribus pretia expectare. Quantò dignior animaduerſione callidi emptoris fraus, licentia fori abutentis, & venditoris de ſe cõfidentia, cui emptor contra bonam fidẽ illuſerit? Tantùm abeſt, vt fraudator iſte, bonis cedendo, priuilegiariæ obligationis publicis vinculis ſit eximendus. Hęc aliáque nobis in Senatu proferentibus, Curia pleniùs deliberandum pronuntiauit. 18. Kalend. Februar. An. 1569.

Edictum de la *Police* Die. 4. Februar. An. 1567.

De hoc Luſitanico Priuilegio, poſt alios vide Nicol. Goſſodem in Commentar. Arteſianæ Conſuetud.

Hi Argentarij vocabantur Α᾽ργυροπράκται, ab exigendis venditarum rerum pretiis. De quibus in Pandectis Græcis l. Si hominem §. quoties ff. Depoſ. Vbi Budeus in Annotat.

Areſtum Die. 15. Ianuarij. An. 1569.

3 FINITIMVM eſt iis aliud priuatum ius fructuũ Arui, debitorẽ frumentarię pecuniæ quàm primùm ſoluere teneri: licet paſſim debitoribus condẽnatis tempus iudicati ſeruetur, diéſque dãdi ſint ad ſoluendũ. Quippe quùm neceſſaria omni Reipub. frumẽtaria pecunia morã ſolutionis accipere non debeat, ſed debitores, qui ex eadẽ cauſa habẽtur, ad ſolutionem per præſidẽ Prouinciæ cõpellantur. L. 2. §. frumentariæ ff. De Adminiſt. rer. ad Ciuit. pertinen. Quinetiam vtilitatis cauſa receptũ eſt, debitores debitorũ ex re frumentaria vrgeri poſſe ad nummos debitos exoluẽdos, fauore vbertatis fructuũ conſeruandæ, vt ait Vlpianus in cita. §. frumẽtariæ. Aliorum debitorum vulgus non item, niſi principalis debitor, ſoluendo eſſe deſierit. Antoninus Imp. l. Si in cauſa Cod. Quando fiſcus vel priuatus.

Contra debitorem frumentariæ pecuniæ intra dies conſtitutos iudicati agi poſſe, contra cæteros non poſſe, niſi poſt quadrimeſtria exequendæ ſententiæ.

5 IVXTA hęc ſunt quæ ſcripſit Tryphoninus I.C. frumentariæ pecunię nomine, quam Municipij adminiſtrator ſuos in vſus cõuerterit, eũ maximas vſuras præſtaturũ, id eſt, cẽteſimas. In l. Qui ſine ff. De negot. geſt. & l. 2. §. Si indẽnitas ff. De Adminiſt. rer. ad ciuit. pertinent. Quinimo huiuſce Coactoris publicę pecunię bona pignorãtur Ædiliũ vrbis Collegio tacita cõuentione: etſi nullũ alioqui tacitæ hypotheeę ius cõ-

Fauorabiles ſunt vſuræ creditarum à Ciuitatibus pecuniarum, quæ etiam nudo pacto debentur. Ex Paulo Lib. 3. Reſponſ. in l. Etiam ff. De vſur.

petat ciuitati in prędia debitoris. Gloz. & Panor. In cap. 2. De Pignor. Bald. in l. Pignus ff. Qui Potior. Idē in l. 2. Cod. in quib. cauſ. pign. Notat. in l. vlt. Cod. De debit. ciuit. Et in l. 2. Cod. De iure Reipub. lib. 10. Franciſ. Ripenſ. copioſè in Tract. De Peſte, qui illud etiam hypothecæ vinculum produxit in qualeſcunque Ciuitatis debitores ex re frumentatia, ſumpto argumento ex L. vlt. §. item reſcripſerunt ff. De Adminiſt. rer. ad ciuit. pertinen.

In ciuilibus diſſenſionib⁹, quamuis ſæpe per eas Reſpub. lædatur, non tamen in exitium Reipub. contenditur, inquit Vlpianus lib 5. opinionum in L. 21. §. 1. ff De captiu. At ſecus in Galliæ ſacro bello ciuili.

TALIS autem quæſtio de frumentario debitote agitata eſt in hoc Senatu frequenter, iudicio necne deciſa, haud ſcio: Nûm Colonus fundi Eccleſiaſtici, ex quo frumentariam penſionem is tenetur exoluere quotannis ſacro Sodalitio, liberatum ſe cauſari potuerit debita penſitatione Anno 1569. quòd eam cōactus fuiſſet præſtare armatis Catholicę Religionis hoſtibus, qui flagrante ciuili bello Gallico ſacerdotum opes animoſiùs diripiebant. Liberatum videri innuit Paulus I. C. in L. Paula Callinico. §. Iulianus Seuerus ff. de legat. 3. quùm ibidem, Iulius Mautus colonus, à quo pecuniam domino debitam Fiſcus exegerat ob iniuriam ipſius domini iubente Cæſaris procuratore, ſolutionis exceptione ſummouerit hæredem proprietarij, creditoris. Cui opinioni diſſentaneum non eſt Caij reſponſum lib. 10. ad Edictum prouinciale in l. Si merces §. culpæ ff. Loc. Et Pōponij lib. 13. ad Sabinū in l. ſi is cum quo D. Commu. diuid. Sed in toto hoc genere non incōmodè adhibetur diſtinctio Matth. Afflicti ſecundum Neapolitanos debitores Alphonſi Tarraconenſis, Regis Siculi, qui odio inuidiáque Aragonij nominis in neceſſitatem adacti fuerant diſſoluendi æris alieni Karolo. 8. Regi Gallo Neapolim occupāti. An. 1494. Vnde licet debitores in ius denuò vocarentur à Ferdinando Alphonſi filio in Regnum reſtituto, cenſuit Afflictus Senator Neapolit. conuentos iudicio eſſe abſoluendos, ſi quidem nulla ab iis mora ſoluendi contracta fuiſſet lapſu diei cum interpellatione, antequam Francorum iuſſu vrgerētur ad ſolutionem: Per contrarium, fruſtratoribus liberationem ſolutione non parari. Deciſ. Neapolit. 160.

Alphonſus d'Aragon, rex Neapolis & Siciliæ.

De Grandium Arborum cæſura inter fructus annuos non computanda.
CAP. 10.

Pendente apertura feudi dominus directus non facit ſuas grandes arbores ſyluæ non cęduæ, quaſi annuum fructum: etſi vaſſalus antea tales arbores excindere identidem ſolitus eſſet.

DISCEPTANTI de Aruorum fructu venit in mētē (quòd & forēſi Oratione à nobis tractatū eſt) grādes arbores Nemoris cuiuſdā cęduas fuiſſe factas patris familię deſtinatione, vt exciſæ, dehinc Fabricæ ferreæ vſibus applicatentur. Mortuo poſtea domino hoc beneficiarij fundi, cuius ſupradicta ſylua, pars erat, manus in fundū inijcitur à patrono, cui prędiorū lege Municipali debebantur iuſta caducaria pro redemptione & inſtauratione feudi, quā Pragmatici *rachatū* appellant. ī. anni caducarij fructū ac reditū. In fructu autē huiuſce anni patron⁹ intendit cōputandā eſſe cęſurā grādiū Arborū, nec minùs ſibi licere, quàm beneficiario clięti ſyluę arbores

bores abſcindere, eodemquè frui Officinæ ferrariæ emolumẽto, quod defunctus in annuo vſu fructúque habuerat. Quæſitum eſt, an illæ arbores Syluę, aliàs non cæduæ, numerentur in fructu, ſaltem pro ineunda anni ratione ac æſtimatione, cuius reditus patrono competeret.

Cauſa forenſis ab Auctore perorata in Senatu.

2 De quo negotio palã cognoſcente Senatu, Nos, pro Regina Scotiæ, Caſtrouillanũ Comitatũ iure feudi pendere à Caluimontano Baſſigneo Comitatu, cuius illa dubio procul fructuaria erat ex donatione propter nuptias collata à Franco rege marito. Caſtrouillanum Comitẽ viuum ſyluæ ſuæ arbores incidere ſolitũ, & in Officinæ ferratię vſum fructúmque redigere. Beneficiario igitur Comite diẽ functo, ad patronã pertinere Comitatus clientelaris prouentum ac reditũ, qualẽcunque defunctus ex latifundiis ſuis percipere cõſuẽrat, pro rata anni caducarij portione. Vt placuit Vlpiano, lib. 35. ad Sabinum in l. fructus §. ſi fundum viro vxor in dotem dederit, íſque inde arbores deciderit, ſi hæ fructus intelliguntur, pro portione anni debẽt reſtitui ff. Sol. matrim. Magis eſt enim, vt prædia deſtinatione proprietarij, non natura conſtituantur. In hunc ſenſum Agrariæ Oeconomiæ ſcriptores prodiderũt, Geoponicω̃n Cap. 82. ὅτι χαλκέας ϗ τέκτονας, ϗ κεραμίας ἐν τοῖς ἄγροις ἐχειν δεῖ, ἢ πλησίον. Id eſt, fabros ferrarios & lignarios, itémque figulos in ipſis Agris aut prope habendos eſſe: Ex quo Ferrariæ officinę inſtitutę. Diuerſum fuiſſet probandum, ſi vi tempeſtatis collapſę eſſent Arbores fundi ſeu nemoris clientelaris, quæ patrono tunc omninò non ceſſiſſent. l. fructus §. ſed ſi vi tẽpeſtatis ff. Sol. matrim. De quibus concinnè Ruzeus in. 56. Priuil. Regaliorũ, An *Cuſtodes Regaliorum, durãte regalia, poſſint Arbores cæduas cædere, aut viuaria Prælaturæ piſcari.*

Comitatus *de Chaſteauvillain*, feudatarius *de Chaumont en Baſſigny*.

Hæ officinæ ferratię ſeu Fabricæ ferreæ, vulgò dictæ *Forges à fer.*

Geoponica.

3 E contrario Buyſſonus pro Comitis hęredibus, ius eſſe patrono duntaxat, merum fundi fructum facere *ex Releuio*, non proprietatis particulam vllam, cuiuſmodi ſylua illa cum ſingulis arboribus rectè diceretur. Nemoris quidem arbores identidem amputatas fuiſſe à Comitibus, vt earum ligna in vſum Ferrariæ officinæ conſumerentur: Haud ideò tamen Chaoniæ quercus Arborúmque cæſuram, fructum annuũ extitiſſe, certum, conſtantem, ordinarium, continuum: Quùm aliquãdo ſolùm, incertíſque annis cęſæ fuerint arbores volubili inſtabilique rerum vice, ac pro Comitum arbitratu. Itaque Arbores, de quibus agebatur, numero fructuum renaſcentium habendas non eſſe. Argum. l. Seio §. medico Sempronio, quæ viua præſtabam, dari volo, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt ff. De Annu. leg. Cauſa pleniſſimè acta, Senatus ſecundùm hæredes beneficiarij Comitis pronuntiauit. 10. Kalend. Sextiles An. 1573.

Droict de relief & rachapt feodal.

A Chaonia Epyri parte, vbi fuerũt ſyluæ, & proceræ quercus.

Areſtum Die 23. Iulij An. 1573 de grandibus arboribus ſyluæ non ceduæ.

De Arboribus in confinio poſitis, earúmque fructu.

f ij

CAP. II.

Confines ſunt in prædiis Ruſticis, non vrbanis. Inquit Cicero in Topicis & l.4. §. vlt. ꝟ. fin. reguod.

VT ARBORVM tractatum perſequar, magnum in iis ſtudium eſt boni Agricolæ, vt ſylueſtres arbores traducat ad mitius ingenium, mitium autem incrementum ſua induſtria promoueat, & ſi quæ præ alimento nimio luxuriant, putatione coërceat: Alias verò contractiores nouis ſtolonũ acceſſionibus amplificet. Quæ, & conſimilia Ruſtici hominis circa arbores officia deſcripſit Philo Hebræus, Libello De Agricultura. Duobus porrò confines agros habentibus, quæro, vtrius ſit arbor prope cõfinium poſita? Communẽ eſſe reſpondit Caius, etiam ſi in fundum vicinum radices egiſſet. Lib.2. Inſtitutionum in l. Adeò §. vlt. ꝟ. De Acquir. rer. dom. Ita ſi in confinio lapis naſcatur, Marcellus notat eum terra exemptum eſſe communem. in l. Pro regione ꝟ. eod. Tit. Idémque Paulus cenſet poſſe defendi lib.1. Manualium in l. illud quærendũ ꝟ. Pro Soc. Inde eſt, quòd ſi vnus ex confinio ſolus perceperit fructus, communi diuidundo actione cum vicino fructus perceptos cogitur communicare: Sin confinij locum & terminum ad ſe pertinere contenderit, nec adprobarit, iudicio finium regundorũ eſt condemnãdus. Hinc Metatores Agrorũ, & Agri metati: Terminalia quoq; feſta, in Februario celebrauit antiquitas, optima ratione, quòd limes poſitus aruorum contentionem dirimeret. Ne diutiùs inhæreamus recenſendo Gellij ænigmati, de Termino Ethnicorum Deo, cuius pariter meminit D. Auguſtinus lib.7. De Ciuitate Dei Cap.7. poſt Halycarnaſſeum, Antiquit. lib.2. *Nempe Deorum,* 1

De diuiſione fructus Arboris in confinio natæ, Hieronym. Magius Anglarenſis in ſuis Miſcellaneis.

Sic Vlpianus lib.3. de cenſib°, vult agros ita in cenſum referri. Nomẽ cuiuſque, & in quo pago ſit, & quos duos vicinos proximos habeat. In l. forma ꝟ. De cenſ.

Cuncta Ioui ceſſit turba, locúmque dedit:
Terminus, vt veteres memorant, inuentus in Æde
Reſtitit, & magno cum Ioue templa tenet.

Lex Terminalis, Romę à Numa lata.

Lex Georgica.

Quòd ſi arbor in regione quapiam ſationali ſtat, hortus autem ſit in cõfinio, íſque ab ea arbore inumbretur, dominus ramos eius putabit: ſin deſit hortus, arborem non putandam ſanxit Georgica lex apud Hermenopulum. In curanda verò Arbore ſic enituit olim C. Licinij Stolonis peritia, vt inde Stolonis nomen adeptus ſit. Plantas enim, & arbores ablaqueare ſolebat, reſectíſque fruticibus, quos ſtolones vocabant, procurare. Vt auctor eſt Columella.

Vicini, qui in Vico eodem habitant. Ex Cic. Pro Sex. Roſc.

In l. ſi cui fundus D. De legat.2.

PORRO ad finium vicinorum præcidẽdas controuerſias, introductum fuit Neapolitanis moribus IVS CONGRVI, vt vicino prædij alienati liceat idipſum condicere intra annum, iuſto pretio numerato. Deciſ. Neapolit. 223. Rectè enim exiſtimauit Terentius Clemens lib.13. ad legem Iuliam & Papiam, intereſſe noſtra, confines fundos etiam ſupra iuſtam æſtimationem acquirere: quùm non cuiuis homini cõtingat Themiſtoclis venale prædiũ bono vicino fœlix. Nam Græcæ parœmię verbis, Μὴ δ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς ἦν. i. Ne bos quidẽ pereat, ſi vicinus adſit bonus. Vtcũq; ſit, monet Plinius agrũ paraturos, ante omnia intueri aquarũ vim & vicinũ. Hyſt. lib.18. cap.5. Atq; adeò permoleſtum

moleſtũ eſſe vicini agri poſſeſſorẽ improbũ, clarè teſtatur Demoſthenis Oratio, cõtra Calliclẽ De Prædio. Exhinc quoque fluxit Michaëlis Byzantiorum Cæſaris Conſtitutio, ad rerum ſoli Ἀγχιγείτονι finitimũ extraneo fore potiorem. Auctore Conſtantino Hermenopulo.

Ius Prælationis in Antichryſi, id eſt, hypothecaria fundi poſſeſſione per creditorem. De quo iure, Vide Caſum in l.1 ff. De Priuil. credit.

3 .QVID ergo de Noualibus atuis incluſis intra ſepta confineſquè binæ Eccleſiæ parœciacæ? In ambiguis reſpondendum, ſacras Noualium decimas, quæ ex duabus viciniis conflata ſunt, viritim eſſe præſtandas vtriq; parocho. Panor. in cap. quoniã De Decim. Argum. Cap. 2. de Sepult. In. 6. & §. inſula Inſtitut. De Rer. diuiſ. Quo nomine recipiẽda eſt etiam aliquando Ruſticorum ſententia, dimidium litigioſæ rei cuique parti adiudicantium. Ex Accurſio in l. Antiqui ff. ſi pars hæred. petat. Hãc ſimul opinionem ſecutos fuiſſe in iudiciis Bononienſes magiſtratus, refert Dynus huius forenſis exempli oculatus teſtis in l. Titiæ textores ff. de Legat. 1. Inde etiam controuerſum ius fuit Dominorum territorij mari adiacentis, cum Gallico maris Præfecto, an illi Iuriſdictione præditi ſint in vicino freto ac finitimo. Domini quippe Iuridici, idem ſibi iuris aſſerebant, quod Ciuitas quælibet mari cõtigua, quæ iuriſdictionis nomine præeſt mari, Inſulæ vè adiacenti. Ex auctoritate Gregorij. 10. in Concilio Lugdunenſi Cap. Vbi periculũ De Elect. In. 6. Ad hunc modum, ſenſit Vlpianus lib. 9. ad edictũ, Inſulas Italiæ, partem Italiæ eſſe & cuiuſque prouinciæ l. inſulæ ff. De Iudic. Hanc ſaltem Iuris dicundi poteſtatem acquiri poſſeſſione longiſſima, mortaliúmque memoriã ſuperante. Cap. ſuper quibuſdam. De verb. ſignif. Per diuerſum, Tribuno maritimorum differente, Iuriſdictionẽ maritimam vnius Regis ſolidam eſſe, non inferiorum Galliæ Procerum, lege Regaliorũ Diademati putè nuncupatam. Senatus tanta de re cẽſuit accuratiùs deliberandum. Thuano, priuati Iuridici, & Lizeto, Fiſci aduocato, regiam Gouffietij *Admiraldi* cauſam orãte. 17. Cal. Ianuar. An. 1521.

De decimis in cõfinibus duarum Parœciarum.

Forenſis diſceptatio De Maritima Franciæ Regis ac Magnatum Iuriſdictione.

Die 16. Iulij An. 1582. in Parlamento Pariſien. verificatæ ſunt Literæ regiæ Admiraliis Franciæ pro Dn de Ioyeuſe. Eius cauſidico Paſquero ita poſtulante.

Areſtũ Die 16. Decemb Ao. 1521.

4 QVOD autem prædiximus, diuidũdas decimas noualiũ agrorũ, qui in cõfinio binæ parœciæ poſiti ſunt, Illud refertur ad Curiones vtriuſque parœciaci tẽpli. At ſi decimæ aliis Clericis cõpetant, & Gallus Rex in vacui Epiſcopatus iura ſuccedẽs, illas ſibi vindicet, tanquã profanos Regaliorum fructus, incurret hæſitatio, nũm eidẽ decimæ ſint addicẽdæ. Has Regi minimè cõpetere, extat Senatuſconſultũ An. 1282. in Parlamẽto Martinaliũ, de quo Ruzeus, Priuileg. 55. Poſterioribus tamẽ decretis vtique ſecundùm Principẽ iudicatũ. Vt à nobis ſuo loco dictum eſt, lib. 2. Francici DOMANII Tit. 9. Artic. 15. Sed hoc demùm procedit in Põtificali eccleſia, in qua Princeps vti Regaliorũ iure conſueuit, nõ in omnibus. Putà, in Diœceſi Tarbellorũ Aquitaniæ, quam Ordo Ampliſſ. pridẽ decreuit Regaliorũ iure nõ teneri. Idib. Aprilib. An. 1568. Ioanne Dabatia *Regaliſta*, & Franciſco Degalãpio altercãtibus, Roillarto litis enarratore. Pictauenſis item Regaliæ profanæ quæſtio eſt conſilio mãdata à Senatu, Die. xi. Mart. An. 1574. Quùm Phil. Pulcher videlicet, regia manu ſoluta, quã ipſe in profanos epiſcopatus Pictonici fundos

Decimæ quidem ſpectare dicuntur ad Regem conſiſtere regalia, ſed tantum pro rata temporis à die obitus defuncti prælati computanda. Areſto die. 19. Iunij An. 1567.

Placitũ Curiæ De Regalia Epiſcopatus de *Tarbes*. Die 13. April. An. 1568.

De Regalia Pictauenſ.

> De Lingonēſi.
>
> De S. Flori regalia.
>
> Areſtum Curię Pariſiē. die. 7. Septemb. An. 1574.

iniecerat, liberā bonorum poſſeſſionem reliquiſſet Eccleſiæ, ſubiunctā REGALIORVM SVORVM, SI QVA HABERET, EXCEPTIONE. An. 1307. De Lingonenſi verò, ne dubitaremus, effecit Philippi Auguſti luculentum diploma publicáque teſtatio, remittere ſe ius Regaliorum Eccleſiæ Lingonenſi. An. 1203. Secus in Aruerno præſulatu S. Flori, in quo Regaliorum ſacrum ius obtinuit vindiciaria Patrum Sententia, quæ & ſolenni ritu prolata eſt à Thuano Curiæ præſide Max. Areſtis Septembribus An. 1574.

SECVNDÆ PARTIS LIBRI. II. DE RE PECVARIA.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

> Præfatio.
>
> Pales dea Paſtorum, à paſcendo dicta, quaſi pares ſit.
>
> Vere ſolebant antiqui, te diuina ! ali, Fauno Lariqoe facta, ſua pecora prī' quam hyberᵭ nis educerent ſtabulis, luſtrare, & interdum præmium paſtoribus fiſtula certantibus proponere.
>
> Sic Stobæus Pecuariam Agriculturæ annexam non dubitat: vnde præſertim copia ſacrificij ad Deos placandos ſuppeditaretur Serm. 56. de Agricultura.

TE QVOQVE magna Pales, & te memorande canēmus Paſtor ab Amphryſo &c. Nam expoſita Rei Ruſticæ priori parte, quæ in Agricolatione conſiſtit, ad Pecuariam gradatim tranſeundum. Ægyptio enim populo in tria quondam hominum genera diſtributo, Agricolas, Paſtores, Opifices: Quis non videat aliud eſſe Agriculturā, aliud Paſtionem? Auctore Diodoro, lib. 2. Non idem quippe Arator & Opilio, nec ſi poſſit in agro paſci armentarius, non aliud ac bubulcus. Diuerſa, inquam, ratio ac ſcientia Coloni, diuerſa Paſtoris. Coloni, vt ea quæ in Agricultura naſcantur, è terra fructum faciant: Contrà, Paſtoris, vt ea quæ nata ex pecore: Quarum quoniam ſocietas inter ſe magna, propterea quòd ſtercoratio ad fructus terræ aptiſſima eſt, & maximè ad id pecus appoſitum, quiſquis prædium habet, vtramque diſciplinam tenere debet, tum Agriculturę, tum Pecoris paſcendi, & Villaticæ etiam paſtionis. Vt à Varrone literis proditum eſt, lib. 2. de Re Ruſtic. Siquidem paſtorum vitam eſſe incētiuam, Agricolarum ſuccentiuam veteres paſſim dixēre. Quod ita intelligit M. Varro, vt ſuperiori æuo fuiſſe homines doceat, qui Paſtoririam vitam agerent, neque ſcirent pariter arare terram, aut ſerere Arbores, aut putare, tum ab his inferiore gradu ætatis ſuſceptam Agriculturā. Cap. 2. Lib. 1. De re ruſt. Deinceps enim promiſcua facta hæc Ruricolę officia, ex reſponſo Catonis Senis, benè paſcere, ſata benè polire, benè vitiſcere, benè arare. Vt eſt apud M. Tullium, De Officiis Cap. vlt. Lib. 2. 1

Pecora fundum inſtruentia Rebus mobilibus adnumerantur.

CAP. I.

> Bucolica rurſu varie accipiuntur ex diſſeriēti Poëmatum inſcriptione. Etenim Capraria ſunt, & Paſtoralia, & mixta. Vt docent Idyllia Theocriti Syracuſani.

DVOBVS Ruſticæ paſtionis generibus propoſitis, vno Agreſti, in quo Pecuariç ſūt, Villatico altero, in quo ſūt gallinæ, apes, colūbæ, & alia quæcūque, in Villa paſci ſolita: De pecorib' eſt differēdū præſertim, tū de pecorū magiſtris, itē de eorū paſtione, & vbi paſcere debeāt. Nouū videbitur primo obtutu, animalia, quib' fundus inſtruitur, quæq; in prędiis manēt, mouētiū nu- 1

mero

mero haberi potiùs quàm rerum ſoli. Dubitandi enim cauſa erit, quòd illa fundo adhæreant, ac Rureſtri operi in Agris ſint addicta: non aliter ac mancipia Ruſtica, quæ in prædiis morantur. Nam hæc, (vt illa) perę què animata ſunt fundi inſtrumenta: Veluti prædia etiam ſuis dotibus inſtruuntur, quæ, Gręco vocabulo, [illegible] appellantur. Mancipia tamen retulit inter immobilia Modeſtinus. l. Longæ poſſeſſionis præſcriptionem tam in prædiis quàm in mancipiis locum habere manifeſtum eſt D. de diuerſ. & temporal. præſcript. l. 2. §. 1. ff. De Fund. inſtr, & inſtrum. §. Emphyteuſim, ibi, aut mancipij Ruſtici, in Authent. De non alienan. Cap. nulli, In verb. Ruſticum mãcipium De Reb. eccleſ. nõ alienãd. Eſt enim familia Ruſtica verè ac propriè adſcripta glebæ: Pecora non item, horum licet fimo Agri fœcundentur, quod à Sterces nomine ſtercus dictum fuit. Aruorum quippe ſtercorationẽ Sterces inuenit, Pici pater Agricola peritiſſimus. Stercutũ eundẽ vocatũ refert Auguſtinus in Ciuitate Dei. Lib. 18. Cap. 15. Nec eò ſeciùs armẽta illa fundũ ſtercorãtia rebus mobilibus accenſentur, perinde ac Dotes prædiorũ, tãetſi eadem hæc inſtruẽtes. l. 1. & 2. Cod. De Verb. ſignif. Baldus nũcupatim in l. 1. Cod. de ſeru. fugit. Matthæus in Cõſtitut. Siciliæ incip. errores Papinianus lib. 7. Reſpõſorum in l. 2. §. Dotes. ff. de fundo inſtruct. Ex quibus dempta ſunt nihilominùs à Butelerio in Sũma Rurali, Feudatarij ſcilicet equus militaris, & bini cygni vtriuſquę ſexus innatãtes Dominico ſtagno, Dominíque inſignia pręferẽtes, quos idẽ ex Ritu Francico arbitratur in rebus ſoli computandos. Sed vereor, ne hanc exceptionem reſpuat Iuriſprudentia noſtrorum temporum. Vtvt ſit, & cuiuſuis generis cenſeantur armenta omnia & animalia, maiores fructus carpunt nonnulli ex paſtionibus, è Villa vna, quàm alij faciant ex toto fundo. Illîc enim viſæ quõdam criſtatę cortis aues, gregéſque anſerum, gallinarum, columbarum, Naupliadæ volucres, pauones, apri, & cætera venationis, cum ſquammigero pecu: ex quibus rebus ſcriba librarius libertus eius, quem nominat Varro, plus quinquagena millia capere ſe è Villa in annos ſingulos dictitabat. De Re Ruſtic. lib. 3. Qualis etiam habita eſt Villa Fauſtini lepidè deſcripta à Martiale, vbi

Quę nam inter mobilia, vel immobilia cenſeri debeant, explicat cumulatè Butelerius in Sũma Rurali, & Tiraquellus poſt alios. in §. 1. De Retractu.

Naupliadæ aues dicuntur Grues: Et in Maronis Georgicis Strymoniæ grues.

Truces in alta valle mugiunt tauri,
Vituluſquè inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur omnis turba ſordidæ cortis,
Argutus anſer, gemmeíque pauones,
Nomẽnque debet quæ rubentibus pennis,
Et picta perdix, Numidicæque guttatæ,
Et impiorum phaſiana Colchorum.
Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli,
Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.
Auidi ſequuntur Villicæ ſinum porci,
Matrẽmque plenam mollis agnus expectat.

Subrumi & lactẽtes Agni.

Imò & milites duo in Hyſpania fratres Veianij,cùm haberent paruam Villam & agellum vnius iugeri circum villulá,alueario facto,dena millia ſeſtertiûm ex melle recipere ſolebant,mallebántque expectare,ſuo potiùs tẽpore admittere mercatorẽ,quàm celeriùs alieno. Ex Varrone.

AFFINE eſt præcedenti Regulæ, quod eleganter notat Chaſſaneus fuiſſe conſultatum, an obligatus alteri ad pecus nutriendum reddendáſque eius nomine rationes, videatur ſubtilitate iuris obſtrictus ad rem mobilem tradendam, aut ad immobilem, nùm verò ad nomina debitorum. De quo idem ambigenti reſpondit, huiuſmodi animalia in mouentium genere comprehendi. In Conſuet. Burgund. Tit. *Des droictz appartenans à gens mariez*. §.2. Quin & priſca illa ætate, qua patres familiàs ſummam fortunarum in pecoribus conſtituebant, nihilo ſeciùs admittebantur incapaces hęreditarij iuris immobilis ad æquabilem pecorum diuiſionem, tanquam rerum mobilium. Sic Reges illi, quorum meminit Dictys Cretenſis, partiti ſunt inuicem Atrei ex Minoe opes, aurum, æſquè ſignatum, & pecora, quæ Atreus ſupremo elogio nepotibus ex filiabus reliquit, æquò iure diuidunda: Excepto Vrbium regioníſque territorio ac ditione, quam, velut Regij principatus immobile ius, ſeorsùm præcepit Idomeneus pro ſummo Tituli faſtigio regiáque dignitate. lib.1. Belli Troiani. Quatenùs autem Regij liberi in mobilem ſuccedant paternam ſubſtantiam, legibus alioquin excluſi Regia publici patrimonij hæreditate, fuſiùs à nobis eſt explanatum. Lib.3. Domanij Gallici. Tit. de Dote & donat. regia propter nupt. 2

* Succeſſionis mobiliũ capaces eſſe omnes Regũ liberos, Immobilium, Primigenium præcipuè.

Idomeneus primogenitus maſculus.

ROGES interim, cur Regiæ Celſitudinis fortunas hoc loco cum re 3
Pecuaria conferamus: Perinde ac ſi ampliſſimæ Regum facultates ex pecoribus olim non conſtiterint. Atquin, repetita priſcorum temporum memoria, fuit hoc præcipuum veteribus pecuniæ ſtudium, luculenta habere equorum, boum, aliorúmque armentorum pecuaria. Nam pręterquam quòd Iphicli boues Neleus expetiuit (apud Pauſaniam lib.4.) Herculi etiam iuſſit Euriſtheus, vt ex Hiſpania boues quas egregia ibi ſpecie eſſe compererat, ad ſe abigeret. Sed eiuſdem pecoris mira fuiſſe incenſum cupiditate Erycen Siciliæ regem ex eo patet, quòd cùm in luctæ certamen cum Hercule deſcendiſſet, hinc Herculis boues, illinc Erycis regnum, pręmia victori propoſita fuerunt. Dictitat inſuper Homerica Ilias, Antenoris filium Iphidamantem, centum boues ſponſalitium munus ſocero ſuo dediſſe. Fauſtulum taceo, Regiorum ſubulcorum apud Latinos magiſtrũ, de quo Halycar. Antiquit. lib.1. Teſtatũ inde reliquit Plutarchus in Publicola, ouis ſignũ, bouis, ſuíſque ſetigeræ in vetuſtiſſimis nummis fuiſſe cõſpectũ: Paſcua itidem in cenſoriis tabulis dicebantur ea omnia, ex quibus Princeps vel Pop. Rom. reditus haberet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat. Ex Plinij lib.18. Cap.3. Quin & pecuniam à Pecudis nota ſortitá eſſe nomen diſcimus ab eodem Plinio, quòd primitùs æs nota pecudis ſignatum fuerit.

Cętera luxuriæ nōdùm Inſtrumenta vigebãt: Aut pecus, aut latam diues habebat humum.

Admeti Theſſaliæ regis armenta pauit Apollo, & Mercurius fiſtulæ inuentor paſtorum princeps fuit.

fuerit. Natur.Hiſt.lib. 33. Cap. 3. Mulcta pariter antiquorũ Romanorum pecudibus fiebat, apud Plutar.Nonne &(poëtę verſu) Dij pecorum pauêre greges, formoſus Apollo, Pan doctus Fauni vates,& pulcher Adonis? Ne iſtîc Moſen Hebræum commemorem, Gygem Lydium,Maximinum ſeniorem,& Iuſtinum.1.Thracẽ, ambos Roman. Impp. quorum ſua cuique ætate armentario, ſeu opilioni fuit ſumma rerum demandata. Hi enim rem paſtoritiam exercuerant, antequam Regnis præficerentur. Quod eadem propemodùm ratione de Aureliano Cæſ.dici poſſet,genito,patre Aurelij ſenatoris colono inter Daciam & Macedoniam: Velut de Probo Imp.cui patrem Agreſtem extitiſſe,hortorúmque ſtudioſum Aurel. Victor atteſtatur.

4 EAPROPTER nonmodò in Ruſticatione antiquiſſima fuit paſcendi ratio,eadémque quæſtuoſiſſima,(inde peculium)ſed adhuc Columellę ſeculo,apud quaſdam gentes vnũ hoc vſurpabatur diuitiarum genus.Extant etiamdum Scythę Nomades & Numidæ,qui tuguria,in quibus degunt, pro pabuli copia vel inopia aliò transferant. Idem Hamaxobiis inſtitutum & Troglodytis Æthiopibus,vt pabulo pecoris magis quàm aruo ſtudeant.Cuius rei fidem licet ex Diodori Siculi temporibus repetamus(lib.4. cap. 3.) Neoterici tamen locupletiſſimi teſtes accedunt, eundem morem hodie à Tartaris retentum, ne frumentum curent, aut aliud legumen, ſed pecudes plurimas & armenta cum mobili tugurio poſſideant,præcipuè caballos & caballas in equitatum ac victum. Vt à Paulo Veneto traditum eſt,De India Orientali lib.1.Cap.54. tum à Matthia *Michou* De Sarmatia Aſiana cap.6.

5 EXISTVNT & hac tempeſtate in Hyſpania Reguli multi, quos paſtores Hiſpani vocitant,tricena quadragena millia ouium,& magnã boum, equorum, mulorúmque poſſidentes multitudinem, quórum copioſiſſimę ſunt familię. Vt refert Damianus à Goes Luſitanus Eques in Hiſt.Hyſpan.Ex quo apparet haud fruſtra iactatũ à Strabone,in Hiſpania,Talẽtari pretio arietes admiſſarios emi,aſinos quoq; admiſſarios, & aſinas ad fœturam quadragenis ſeſtertiis. πολύ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον. νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον τῶν κοραξῶν. καὶ ὑπερβολή τις, ἐστὶ τοῦ κάλλους. ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τους κριούς εἰς τὰς ὀχείας. Vt nunquam iuſtiùs à Claudiano ſcriptum ſit,

Quid dignum memorare tuis Hyſpania terris
Vox humana valet?
Diues equis,frugum facilis, pretioſa metallis.

Pari modo Romani qui appellantur hodie nobiles,cultui agrorum & rei Ruſticæ vacant,gregis atque armentorum curam gerunt, re pecuaria opes parare lucrum honeſtum ac generoſo viro dignum putant. Idquè eis qui poſſunt agere, etſi recenti ſint familia, hoc lucri genere patefit aditus ad nobilitatem. Nec ab iſtorum moribus longè diſtant Britanni, qui genere claros in Ciuitatibus morari ignominiæ loco exiſtimant, Rura ſyluis ac paſcuis ſecluſa inhabitant, vbi

Maximinus, Herodiano ſcriptore, opilio fuit in Thraciæ montibus, dein corporis vaſtitate, ac robore inter eius regionis ſtrenuiſſimos milites adſcripi*, quaſiquè manu doctus à fortuna ad Romanũ Imperium. Numidia Africæ prouincia à paſcuis hoc nomen habet. Et Italia a vitulis nuncupata, quos antiqui Greci Italos vocabant. Tum vtrique Boſphorus Cimerius, & Thracius, atque Ægeum mare, Argos, & Hyppion a bouis tranſitu a capris, ab equis dicta ſunt. Succeſſu tẽporum deprauati ac corrupti Paſtorum mores, quibus tanquã latrociniorum ſocietatem coeuntibus fidẽdum non eſſe reſcripſerũt Hon. & Theodoſ. Impp. nec quicoquam permittendum filios ſuos paſtoribus nutriendos præbere, alius verò Ruſticantis dare nõ prohibent l. Vnica Cod. Theodoſ. Ne paſtoribus dẽtur filij nutriendi.

Strabonis de B[...] ica loquentis verba Latinis expreſſa, Multa autem veſtis antea inde veniebat. Nunc autem lana magis quam à Coracis pulchritudine eximia. Siquidem propter hoc arietes talentari pretio emũtur ad admiſſurã.

opus Villaticum curantes vendunt lanam & armentorum fœtus, neque turpe credunt admiſceri quæſtui Ruſticano. Vt preclarè à Poggio Florentino dictum eſt, in lib. De Nobilitate. Hæc nẽpe Oeconomica Lex fertur patris familias in Ruſtica diſciplina, vt vendacem eſſe eum potiùs, quàm emacem oporteat. Iuxta Catonem De Re Ruſt. cap. 2. Nam vtique emacem non eſſe, magnum vectigal videtur M. Tullio, In Paradox. Cap. vlt.

De Societate pecoris paſcendi.

Cap. 2.

In dubio præſumpta eſt potiùs pecorum ſocietas inter dominum & paſtorem ſeu caprarium, quam operarũ locatio l. ſi tibi area ꝛ. De Præſcr. verb. Vel quando inter eos dominium eſt cõmunicatum. Alex. plenè l. ſi paſcenda Cod. De Pact.

IN COMMERCIO igitur ac ſocietate pecoris in commune paſcendi, priuatim valet conuentio cum Domino pecorum, vt fœtus naſcituri, inæqualiter diuidantur: Quanquam vulgares leges ſocietatis, in re dubia, vergũt ad æquas bonorum communium portiones, eáſque inter ſocios exæquarunt. Conſtitutione Alexandri Imp. Si paſcenda pecora partiaria Cod. De Pact. Vter autem ſociorum præſtet interitus pecorum periculum, hoc vtique ſic dirimendum eſt, vt ſi paſtori detur æſtimata res animalis, tunc commune vtrique immineat mortalitatis pecorum diſpendium, & paſtori & domino: quùm ad vtrumque iuſta ipſorum commoditas fuiſſet reditura. Vlpiani iudicio. lib. 31. Ad Edictum in l. Cum duobus. §. damna, Verſ. Si pecus æſtimatum datum ſit, & id latrocinio aut incendio perierit, commune damnum eſt. ꝛ. pro ſoc. Cuius tamen fortuiti caſus probatio à Paſtore exigitur, mille cui Siculis errabant montibus agnæ: Aliàs culpæ omni præſtandæ obnoxium fore paſtorem, viſum eſt Alexandro I. C. in Reſponſo. 158. Volum. 2. Huc pertinet quod Imperator Antoninus reſcripſiſſe perhibetur ab Vlpiano. lib. 33. ad edictum l. ſi quis domum §. Imperator. ꝛ. Loc. & l. Cum duobus §. qui in coëunda ſocietate ꝛ. pro Soc. 1

Cuſtodi certæ rei ratione publicæ vel priuati officij non ſufficit probare interitũ, niſi etiam probet caſum fortuitum Alex. In Conſil. 158. 2. Vol.

Ex facto ferebatur, Ruſticum dotali inſtrumento cauiſſe, nullam ſibi interceſſuram cum vxore pecorum, aliorúmve bonorum cõmunionem, quam patrij Turonũ Ritus generatim inter cõiuges introduxerunt. Conſtante dehinc matrimonio, noua inter eos initur ſocietas pacto conuenta, qualem & eiuſdem Municipij Lex dictabat. Hæſitatum eſt, an iure Societatis ita contractæ hæres vxoris rectè expoſcat à marito partem dimidiam rerum mobilium & acquiſitionum. Rationem habere videbatur hæc poſtulatio. Neque enim tale bonorum conſortium obtinet ſpeciem donationis prohibitæ inter virum & vxorem, at legitimæ potiùs ſocietatis cõſeruatio cenſetur, aut fauorabilis ſaltem reductio ad Ius commune Turonenſium municipum, ſublato dotalium tabularum obſtaculo, quæ Regionis in eo Conſuetudini aduerſabantur. Argum. l. ſi vnus §. pactus ne peteret. D. de Pact. His ſubiungitur, communitatis pactionem *τῶν μέσων ὄντων, nec minùs damni plerumque, quàm commodi ſeu quæſtus eſſe participem: tantùm abeſt, vt liberalitatis cauſa interpoſitus eiuſmodi contractus exiſtimetur. 2

An ſocietas bonorum inter iã coniugatos pacta (contra nuptiales tabulas) ſit ſpecies donationis

*de mediis eſſe ac indifferentibus.

exiſtimetur. Vxoris prætetea non minorem eſſe virtutem, quàm quærere, parta tueri: Quale vxorium murius in bonorum coniugalium fidam cuſtodiam celebrat Xenophon in Oeconomico. Ob id quoque Ruſticus apud Tibullum,

Rura colam (inquit) frugúmque aderit mea Delia cuſtos,
Area dum meſſes Sole cadente teret:
Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas,
Preſſáque veloci candida muſta pede:
Conſueſcet numerare pecus, conſueſcet amantis
Garrulus in dominæ ludere verna ſinu.
Illa regat cunctos, illi ſint omnia curæ,
Et iuuet in tota me nihil eſſe domo.

Nec aliter Ouidiana illa *habebat*
Rus breue cum duro parca Colona ſuo.

Ac Maronis itidem poëmate,

Jnterea longo cantu ſolata laborem
Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Et condit ſectas parca colonus auces. Apud Ouid. De Nuce.

Villicæ officiá deſcribit M. Cato lib. De Re Ruſt. capite diſtincto poſt villici mariti officia. Dein Columel. lib. 12. Cap. 1 de domeſtico labore matronali.

Sic vice verſa, ponamus, coniuges rerum ſuarum ſocios conſortéſque fieri patrio Ritu, quem in Gallia receptiſſimum prædicat Bohicus (in Cap. quoniam De Teſtib.) ac eodem vetante, illicitam eſſe bonorum donationem inter virum & vxorem: Haud ideò tamen verita eſt pactio conſtante matrimonio inita, ne quæſitorum à viro vxor partem capiat. Vt ſenſit Boërius in Deciſ. Burdegalen. 244. Iuxta Romanæ Rotæ Deciſion. 842. Glo. in Cap. ſignificauit De donat. int. vir. Et ibi Anton. Butrius. Prohibita enim donatione (qua alter fiat pauperior) lucri remiſſio non prohibetur. l. ſed & ſi vir. §. quod legaturus ff. De Donat. int. vir. Per contrarium autem ſuggerebatur, in coëundis nuptiis legem ſemel dictam ac conuentam extitiſſe, à qua recedere coniugibus non licuerit, perſonis nimitùm contrahere inuicem denuò prohibitis: Quùm vel noua hac ſocietatis conuentione mulier facta fuerit locupletior. Prius enim pactum altero reſciſſum fuiſſe, & ſecunda iſta pollicitatione ſocietatis compendium vxori communicatum: quod planè eſt mariti vnius operæ quæſtuatiæque adſcribendum induſtriæ. Proin Vlpianus etiam reſpondit, ſocietatem quæ inter virum & vxotem donationis cauſa contracta ſit, iure vulgato nullam eſſe. Sed nec poſt decretum Senatus, emolumentum ea liberalitas, vt actio pro ſocio conſtituatur, habere poterit. Quæ tamen in commune tenuerunt, præſtituro fine reuocāda nō ſunt. l. Cùm hic ſtatus §. ſi inter. ff. De donat. inter vir. & vxor. Curia de eo ex appellatione cognoſcēs ampliùs deliberandum cenſuit. Geruaſio, & Danetio cauſæ pattonis. 4. Idus Iunias An. 1566. Tandem conſimili inter alios iudicio Patres ſecundam pactionem irritam pronuntiarunt. Areſto ſolenni in peruigiliis Pentecoſtes hoc An. 1589.

Henr. Bohic. de Francica Conſuetudine, quód omnia credita, mobilia, & acquiſita inter coniuges fiat cōmunia.

Areſtum Die 10. Ianij. 1566.

S. Conſultum ſolenniter recitatum. à præſide Curiæ Briſſonio, Die Veneris. 19. Maij An. 1589. pro Dn. *Le Cocqueux* Magiſtro Computorum in Camera Pariſien. contra vxoris ipſius hæredes collaterales. Idque ex appellatione à Præfecto Vrbi Pariſien.

3 Similiter de ſocietate cognitio vertitur, quùm fœmina Villica,

De Manumortua. Nos pleniſſimè Lib. 2. Dumanij Francici Tit. De Manumortua, & Manumiſſionibus.

ſed ingenua, enupſiſſet Ruſtico ſeruo manus mortuæ, adiecta ſponſaliorum tabulis cautione, nulla in commune bona redactum iri, cæteroquin communia futura Iure ſocietatis Municipali. Nam vxore ſine liberis fato rapta, Ruſtici patronus iudicio experitur in eum ſuperſtitẽ de media parte rerum mobilium vxori patrio More attributa, motus ex eo, quòd Prouinciæ ſcripta Conſuetudine mulier libera, contractis cum ſeruo nuptiis, ſortiatur eandem ſeruilem obnoxiámque conditionem. Sicuti ergo Lege Municipij bona ſeruorum ſeu libertorum morte deuoluuntur ad patronos, ita & ipſarum coniugum, quæ in ſerui matrimonium conuenerant. Non aliter ac clariſſimæ fœminæ, ſi plebeiis copulentur nuptiis, plebeiarum appellatione continentur: Et è diuerſo, Quintiliani filiam, quæ elocata fuerat Nonio Celeri præſtãtiſſimo viro, Plinius ſcribit ornatam fuiſſe nouæ dignitatis acceſſione ſecundùm mariti conditionẽ. Lib. 6. Epiſtol. Ruſticus, contrà, defendere, nullam coitam bonorum ſocietatem cum vxore, imò eatenùs pacto conuento derogatum fuiſſe patriæ Conſtitutioni. Futuræ enim opum communioni licitum fuit renunciare, aut potiùs rebus integris ſtipulari, ne fortunarum coniuges ſocij eſſent: Neque propterea coniuges ipſi Dominum directum, cui incerta ſpes ſucceſſionis liberti affulgebat, ludificari videntur voluiſſe: quùm vtique, naſcentibus ex illo coniugio liberis, dominus de ſpe decidiſſet. Societatis igitur ſtatutariæ derogatorium placitum eſſe cuſtodiendum. Authen. excipitur, Cod. De Bon. quæ liber. Cap. 1. De fil. nat. ex matrim. ad Morganat. contrac. In Feud. Replicat patronus, ſibi ius fuiſſe ſemel quæſitũ connubiali liberæ mulieris cõiunctione cum adſcriptitio ſuo, ídque poſtmodum inuito ſibi extorqueri priuatis iſtorum pactionibus nequiiſſe. Ad Iuſtiniani conſtitutionem (Excipitur Cod. De bon. quæ liber.) reſpondet, ibi agi de libera donatione per ſolidum fundi proprietarium, cui integrum ſit in lege fundi tradendi, quiduis paciſci, quaſcũque conditiones nũcupare, tãetſi dãnoſas ac diſpẽdioſas iuri tertio cuiuis acquirẽdo. Lex autẽ illa Feudiſtica, ſpecialis eſt veriùs Inſubrum ac Mediolanenſium conſuetudo, quàm perpetua ſanctio Gallicorum morum derogatoria, Franciçæ præſertim Manus mortuæ. Atque ideò ſecundùm patronum opinatus eſt Bohicus in Cap. requiſiſti De Teſtam. Cuius opinioni fidem haud abrogo, celeberrimi quondam profeſſoris Pontificij Iuris in Academia Lutetiana, qui illud Commentariorum Opus tot elucubratum vigiliis abſoluit, Menſ. Septemb. An. 1349. Sed iam Ruſticorum ſeruorum connubialia iura miſſa faciamus.

Ecoutrà, Nobilis vidua plebeij ſubiicitur contributioni plebeiarum indictionum. Decreto Senatus Gratianopol. Menſ. Decem. An. 1449. Guyd. Pap. Quęſt. 380.

Ac pariter ex venditione debẽtur laudimia, licet poſtea conſenſu partium reſoluta, niſi incontinenti & re integra. Fab. in l. 1. Cod. Quod. lic. ab empt. diſced.

Henricus Bohicus, Leonenſis diœceſis, in Britannia citeriore, Patriæ amator, vt cuius populum nobiliſſimum, ac Britones ſuos iactitet alio à ſanguine Troiæ propagatos. In cap. Venerabilis De Præben.

4 Inter liberos Vicanos indubitatum eſt valere dotalem quamlibet pactionem, ſi modò hæc perſonale coniugum ius, mutuæve ſocietatis reſpiciat, non prædia in aliis Regionibus ſita, quæ diuerſis Moribus patriis ſubiiciuntur. Vt putà, Callimachus & Meuia in celebrandis nuptiis paſciſcuntur, ſe prouinciali Aruernorum lege vniuerſim teneri.

De ſeruis Villicis dictum, nunc de liberis.

ſim teneri. Quid iutis de donatione, mutuò inter ipſos deinde collata? Nûm examinanda ſit Moribus Aruerniæ, quaſi coniugum patrimonia in Senonenſi aut Pariſiorum Agro donari inuicem à coniugibus poſſint, quamuis Lege prædiorum repugnante. In contrariam partem adfertur imprimis, res immobiles ſua tãtùm ac ſolaria Agrorum lege regi, nec conuentione vlla admittẽdum, vt alienis Inſtitutis ſummittantur ac moribus. Itaque coniugum donatio variè probanda eſt ac exequenda pro legum varietate Municipij cuiuſuis, in quo donatæ res ſoli continentur. Bohicus in Cap. cum veniſſent De eo qui mittitur in poſſeſſ. Vbi idem expreſſim de Conſuetudine Pariſienſi donationis inter coniuges (niſi mutuæ) prohibitoria, ad aliud Territorium non protrahenda. Ludou. Roman. in Conſil. 39. cum aliis peruulgatis. Secundùm quam poſtremam ſententiam Curia Ornatiſſ. pronuntiauit. Areſtis Pentecoſtes An. 1549. Non idem ſtatuendum de rebus mobilibus, ſupellectili, alio ve iure in coniugum perſonas cõſtituto. Nam in iis ſpectanda Lex eſt domicilij, quod habuit maritus die nuptiarũ, licet mutarit poſtea ſedes, & in diuerſi Iuris prouinciam tráſtulerit. Verbi cauſa, Aruernis moribus pactum eſt inter Villicum & Coloná matrimonium. Ambo deinde commigrant in Monpenſerij Ducatus regionẽ, cuius populus vtitur peculiari hac Conſuetudine, marito, præmortua vxore, lucro cedere bona quæque mouentia: Fuit quæſtionis, an Villicus, diem functa vxore, mouentium vniuerſitatem rectè vindicet tanquam lucra nuptialia ex domicilio poſt conſcriptum dotale Inſtrumentum ſuperuenienti. Quod eò durius etiam videretur, quia vulgò hæ ſummæ ſunt Colonorum diuitiæ,

Quos, greges centum Siculæque circum-
Mugiunt vaccæ, queis tollit hinnitum
Apta quadrigis equa, quos bis Afro
Murice tinctæ veſtiunt lanæ.

Quid autem de feudo ſeruiente ac dominanti, (quod vocant) diuerſum Municipiorum ſitum legem que habentibus, Vtra Conſuetudo locorum ſeruabitur? Si agatur de obſequiis feudi nomine debitis, aut emolumentis feudi inter patronum & clientem, ſequenda Conſuetudo clientelaris prædij ſeu inferioris: ſi vero non de iuribus onerariis, at purè honorariis, tunc mos patrius ſuperioris feudi. Areſtis Septembribus. An. 1536. pro tutoribus liberarum Michaëlis Chanerij, contra dominum S. Simonis. Spiſamo litis inſpectore In 1. claſſe Inquiſitionum Curiç Pariſien.

Placuit Senatui, maritum petitione ſummoueri. Decretis Pẽtechoſtes An. 1572. Eòdem recidit Vlpiani reſponſum lib. 30. ad Edictum in l. Exigere dotẽ ✠. de Iudic. & Bart. in l. Cunctos populos. Cod. de Summa Trinit.

Areſtum Curiç Pariſ. latum die profeſto Pentecoſtes An. 1572.

5 ELEGANTER modò tractabitur de filiis coniugum Ruſticorum. Villicus nuptiali pacto ſponſam adſciuit in priùs acquiſitorum communitatem. Ambigitur, nùm liberi vxoris ex anteriore ſuſcepti connubio, partẽ ſibi rectè depoſcant illarum acquiſitionum materna hæreditate. Prima ſpecie dixiſſes, petitores intẽtione repellendos, & lucra nuptialia prioris matrimonij, ſolis liberis adſignãda, in eodem cõiugio progenitis. Cõſtitutione Honor. & Theod. Impp. Cum aliis ſanctionibus iuſſerimus materna bona integra ad liberos peruenire, quod tamẽ mulier mariti largitate percepit, id ex eo tantùm liberi coniugio procreati, ſibi ſpeciale tãquam paternũ nouerint patrimoniũ vindicãdũ Cod. de ſecundis nuptiis. Sed hæc locũ habẽt in mera donatione ac

Societate bonorum inter virum & vxorem inita, vtrumquemque eorum heredibus ſuis quibuſlibet ſtipulatum videri.

liberalitate mariti,non in lege conſortio bonorum dicta inter coniuges,quæ latiùs accipi debet,vt non ſolùm in fauorem ſobolis tum procreandæ dirigatur,quemadmodùm donario,ſed in coniugum præſertim ipſorum gratiam.Ex quibus intelligitur,cuilibet vxoris ſucceſſori ea bona hæreditate obuenire, quæ ſocietatis lege comprehenſa ſunt. Quocirca Patr.Conſcripti,liberis illis iure materno ſemiſſem quæſitorum adiudicarunt.Decreto pridie Purificationis B.Mariæ An.1538. Liberis Cotelli,regij Senatoris,& Graſſinis vtrinque contendentibus.

Placitũ Curię de effectu vxoriæ bonorum communionis.

Ad Pecuaria iura reuertamur, & pecorũ qualitate explicata, paſcendíque pecoris ſocietate, nunc eiuſdem paſtionem, & vbi paſcere debeat,breuiter perſtringamus.

De Paſcuis. Cap. 3.

PRIVILEGIARIA quadam lege vetitum eſt, non modò 1
ne in alienis pratis armenta paſcant inuito domino, ſed ne proprietarij quidem in ſua prata pecus immittãt ilicò poſt primam illorum herbam exectam,neque omninò ante diẽ D.Remigio feſtum.Conſtitutione Francica Henrici.2.poſttidie Idus Iunias An.1554.ſubinde promulgata in foro Præfecturæ Pariſienſis. Ac tempus quidem illud de pratis non intrandis haud abs re legibus ſtatutum eſt,quia iiſdem alioqui dãnum daretur eo tempore grauiſſimum:Quod prudẽter ſanè animaduertit Columella,cap.17. Lib.2. De Re Ruſt.& Plinius lib.Natur.Hyſt.18.Cap.28.Diuerſa paſcuorum cõditio eſt,in quibus nimirùm pecuaſcere tantùm quis ſoleat.L. inſignis Cod.De Paſcuis publ.Sed hoc vtrique generi paſcuorum ac pratorum commune eſt,quòd huiuſmodi loci rigui ſine impenſa fructum reddant:Eámque primam fundorum rationem M. Porcius eſſe dicebat, qui maximè reditum pratorum cæteris anteponebat.Inde Claudianus (de nuptiis Honorij & Mariæ) ita cecinit , Intus prata micant, manibus quæ ſubdita nullis, Perpetuum florent, Zephyro contenta colono. Callidi quoque rerum æſtimatores ideò prata & areas magno æſtimabant,quia ei generi poſſeſſionum nemo nocere poſſet. Ex M.Tullij Paradoxis Cap. vlt. At

Quo anni tẽpore pecus in prata immittẽdum.

Ordinatio regia ete.14.Iounij.An.1554.

Apud Græcos Anaxagoras voluit agrum ſuum omnibus eſſe compaſcuum.

Prato veteres Romani primas in Agricolatione tribuerunt.

Paſcua veniunt etiam fundi appellatione, vt ait Scæuola in l. Seiæ §. Tyrannæ ff. De fund. inſtr.

Nõn omnis prato apta eſt, nec fert omnia Tellus.
Hîc ſegetes, illîc veniunt fœlicius vuæ,
Arborei fœtus alibi, atque iniuſſa vireſcunt *Gramina.*

Et,quod Sidonius in literas retulit,

Sidonij Apollinaris carmẽ.

Fert quæque ſuos Prouincia fructus,
Atthis mel, Phœnix palmaſ, Lacedæmon oliuum,
Argos equos , Epirus aquas,pecuaria Gallus,
Arma Calybs,frumenta Lybes,Campanus Iacchum,
Aurum Lydus,Arabs guttam, Panchaïa myrrham,
Pontus Caſtorea, Blattam Tyrus,æra Corinthus,
Sardinia argentum , naues Hiſpania defert,

Fulminis

Fulminis & lapidem.

A quo non abludit iocus Galieni Cæſaris, licet imprudenter effuſus. Nuntiantibus quippe Ægyptum deſciuiſſe à Rom. Imperio, reſpondit, Quid? ſine lino Ægyptio eſſe non poſſumus? Quùm autem vaſtatam Aſiam & elementorum concurſionibus & Scytharum incurſionibus comperiſſet, Quid, inquit, ſine aphonitris eſſe nõ poſſumus? Perdita Gallia, arriſiſſe fertur ac dixiſſe, Non ſine trabeatis ſagis tuta Reſpub. eſt? Sic de omnibus Orbis terrarum partibus, quæ variarum opum ac fructuum prouentu ſingulæ ſeorsùm commendabantur, iocatum fuiſſe Galienum, quùm eas amitteret, ſcribit Trebellius Pollio in Galieno.

Hæc omnia amiſſa contemptu Galieni hominis luxurioſiſſimi, & ſi eſſet ſecutus, ad omne dedecus paratiſſimi.

2 PERBELLE quærebatur de vſu quorumdam paſcuorum, quem ſocerus genero dotalibus pactis conceſſerat, donec altera eius filia ad maiorem ætatem perueniſſet, ſeu (vt Gallicis contrahentiũ verbis loquar) *qu'elle fuſt venue à maiorité.* Secũda enim hac filia aliquantò poſt nupta, infra viceſimum quintum ætatis annum, cuius ilico maritus alterum paſcuis vti prohibuit, prior gener iudicio contẽdit in ſocrum, vt ei præſtet frui licere agro compaſcuo, ex conuentione nuptiis adſcripta, quo vſque ſecunda filia viceſimum quintum ætatis annum impleuerit, ob idque defenſionem cauſæ ita ſuſcipiat ſocrus, ius non eſſe alteri genero, ſibi interdicere paſcuorum vſu ac poſſeſſione, quo ad ſecũda filia adoleuerit, omninóque maior facta ſit viginti quinque annis. Eatenùs nánque ſocrum apertè fidem ſuam adſtrinxiſſe dotalium tabularum verbis (*maiorité*) Iuxta Pauli I.C. opinionem lib. 3. Imperalium ſententiarum in cognitionibus prolatarũ. l. Cùm filius rogatus fuiſſet à patre, ſi antequam res ſuas adminiſtrare poſſet, deceſſiſſet, hæreditatem Titio reſtituere, & egreſſus viginti annos deceſſiſſet, reſcriptum eſt, fideicommiſſum deberi. ff. De condit. & demonſtrat. Per hunc modum putat Vlpianus, in ambigua teſtamenti ſcriptura, cùm ad pubertatem peruenerit, de ea ætate ſenſiſſe teſtatorem, quæ caret in integrum reſtitutione. Lib. 23. ad Sabinum in l. Cum filio-familias ita legatur, cùm is in tutelam ſuam peruenerit ff. de legat. 3. Ad ſuas quoque partes vocabat petitor Iuſtiniani Imp. legẽ Si quis aliquid dari vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem, vel ſic abſolutè dixerit, perfectæ ætatis, illam tantummodò ætatem intellectam eſſe volumus exiſtimari, quæ viginti quinque annorum curriculis completur, nõ quæ ab Imperiali beneficio ſuppletur, & præcipuè quidem in ſubſtitutionibus, vel in reſtitutionibus, & in aliis diſpoſitionibus Cod. de his qui ven. ætat. l. ex his verbis Cod. Quando dies leg. ced.

Quoto vitæ anno vſusfructus finiatur, ad maiorem vſque ætatem filiæ conceſſus.

Interdum autem pro ætate nata, Appellatione ætatis legitimæ venit etiam pubertas, & ſic in maſculo. 14. ann. in fœmina 12. an. Per text. gloſ. & doct. in Cap. 1. De Regular.

3 SOCRVS, è diuersò, nihil ſe actori purè ac perpetuò pollicitã, ſed intra conſtitutũ tẽpus hoc, quandiu filia, cuius ipſa tutrix erat, minor annis exiſteret: Quod ciuiliter erat accipiẽdũ, quaſi dixiſſet, vſquequò filia perueniſſet in ſuam tutelam, aut finita matris tutela in manum viri conueniſſet. Ergo clauſulam huiuſmodi, *qu'elle fuſt venue à maiorité*, ad

Varro quinque gradus facit ætatis humanæ. In primo vſque ad annum. 15. Pueros dictos. In ſecundo ad annum. 30. Adoleſcentes. In tertio vſque ad annum. 40. Iuuenes appellatos. In quarto gradu vſque ad. 60. annum, Seniores nuncupatos. Inde vſque ad finem vitę quintum gradum factum.

diem nuptiarum filiæ referendam: Et hanc voluntatis quæſtionem eſſe notat Sabinus in l. Cum filio-familias ꝟ. De Legat. 3. Cuius ſententiæ conſonat ratio Labeonis lib. 3. poſteriorum, ea quæ de pupilla teſtatus quis aut pactus ſit, ad nubilem eius ętatem in dubio conferenda. l. Quod pupill. e D. Quando dies leg. ced. Conſimili argumento legatum alimentorum, quæ ad pubertatem vſque relicta ſunt, maſculo nō debetur poſt decimum octauum ætatis annum, nec puellæ, poſt decimum quartum. Hanc enim formam ab Hadriano Imp. datam obſeruari reſpondit Vlpianus oportere. Lib. 2. Fideicommiſſorum in l. Mela ait ꝟ. De Alim. & cib. legat. Francica præſertim Conſuetudine, maiores. 14. annis, *perfectæ* ætatis videri refert Ioh. Faber in l. tutores Cod. Vt cauſę poſt pubert. adſit tutor. Ex quibus præfractè defendebat ſocrus, ſe temporaria pollicitatione in generum fuiſſe ex fide perfunctam. Citabat & illud Pauli I. C. lib. 4. ad Sabinum, Si filiæ familias ita legatum ſit, CVM IN SVAM TVTELAM PERVENERIT, tunc debetur, cùm viripotens facta fuerit ꝟ. de legat. 3. Vt prætereamus interim, quæ de ſingularum hominis ætatum diuiſione ac modo ſcripta reliquit Plinius lib. 11. Natur. Hyſt. & Galenus in libro, cui titulus ὅροι ἰατρικοί. Partibus à Senatu auditis, petitor actione ſummotus. 13. Cal. Quintiles An. 1565.

Areſtum Dic. 19. Iunij. An. 1565. maioris ętatis verbo nubilem aliquando ſignificari.

De Abigeis, tum de varietate Animalium.

C A P. 4.

VILLATICAM pecorum paſtionem, de qua agimus, Romani etiam Principes cenſuerunt ad ſuam curam pertinere. 1
Nam Diuus Adrianus conſilio Beticæ reſcripſit de pecorū abactoribus duriſſimè puniēdis, qui illa ex paſcuis ſubtraxiſſent. In l. 1. ꝟ. de Abigeis. Nec verò huius prudentiæ ceſſit Kennethus Scotorum rex, Lege addita, Aberrans pecus, aut domino, aut furum indagatori, (*Tocioderach* vulgus Scoticum appellat,) aut ſacerdoti reddendum: Sin minùs, eo per triduum retento, retinentem furti reum futurum. Vt Hect. Boëthius denarrat in Scotic. Annalib. Eodē annonariæ Reíque Publicæ ſtudio, curam carnis omnis ſibi vindicauit Præfectura Vrbi, vt iuſto pretio animalium caro ſingulis in victum diſtribuatur, teſte Vlpiano lib. ſingulari de Officio Præfecti Vrbi. Quin etiam Alexander Seuerus Imp. quùm edulitatem Populus Rom. ab eo peteret, interrogatúſque quam ſpeciem annonæ caram putaret, continuò exclamaſſet, carnem bubulam, atque porcinam, Tunc ille, nō quidem edulitatem propoſuit, ſed iuſſit, ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem: Tantúmque intra biennium, vel prope annū ſuillæ carnis fuit, & bubulæ, vt, cùm fuiſſet octominutalis libra, ad duos ſolùm vtriuſque carnis libra redigeretur. Quod perſpicuè recitat Lampridius in Alexandro. Noſter quoque Senatus rei annonarię cognitionem ſuam accommodauit, quùm, me adſtante, lanius quidam Biturjcæ vrbis ideò ceſſionis bonorum præſidio

Edictum Scoticum.

Lex Alexandri Seueri Imp. de ſuillo pecore, ac bubulo.

Areſtum Curiæ de re annonaria.

præſidio mulctatus eſt, quòd Ruſtici debitor factus eſſet pecorũ emptorũ nomine, quæ ciuibus deinde minutatim lanius præſenti pecunia vẽdiderat. In Auditorio cauſarũ criminaliũ, Buyſſonio cauſã agẽte.

2 ISTVD denique ſcitum eſt obſeruare, Animalia non tantùm pabulo & paſcuis ali, creſcere ac multiplicari, verùm etiam ſitu & qualitate Regionis, in qua gignuntur. Generaliter enim conſtat, beſtias in Europa fortiores eſſe, efferatiores in Aſia, multiformiores in Africa. Ex Ariſtot. lib. 8. De Animal. Cap. 28. Rursùs aſini parui habentur in terra Illyrica, Thracia, & Epyro: In Scythica & Gallica nulli, ſi Ariſtoteli credimus ibidem, quamuis nos oculati in Gallia teſtes auritum eius teſtimonium haud difficulter refellamus. Auctore eodem, Africa nullum fert aprum, nec ceruum, nec barbigeram pecudem, ſeu capram ſylueſtrem. In Europa Pantheræ nullæ. In Ægypto aliqua maiora & vaſtiora fiũt, quàm in Gręcia, vt boues, & balatũ greges: Minora aliqua, vt lepores, vulpes, lupi, canes acréſq; Moloſſi. In Africa arietes ſtatim cornigeri generantur: Contrà, in Ponto per Scythiam prouinciam nullis cornua enaſcuntur. In Anglia itidem, more ceruorum cornutas oues conſpici, & non caſtratas, Anglicis annalibus perhibetur. Quid quòd Tartaria profert *Snalz* animal oui ſimile, alibi nuſquam viſum? Rutenia item, ac Lituania alunt R*oſſomalza*, voraciſſimum animal aliis terris ignotum, ſtatura canem referens, facie felem, corpore & cauda vulpem. De quibus Matthias à *Michou* canonicus Cracouienſis in vtriuſque Sarmatiæ deſcription. Omitto Boruſſiam, cui familiares ſunt Vri, Bizontes, & Alces, ſed non vni: Quùm de Biſontibus Pauſanias, & de Vris, feris Hercyniæ ſyluæ Cæſar multa dixerit. lib. 6. de Bel. Gall.

Variæ brutorũ animantium formæ ex remotiſſimarum Regionum varietate.

Rutenia, Moſcouia.

Sarmatia Aſiana, & Europęa.

Eraſmus Stella Boruſsiæ Chorographus.

3 SATVRIS nunc pabulo animalibus, mihi quaſi paſtorali ſigno receptui canendum eſt: duabus nimirùm partibus Rei Ruſticæ ſummatim abſolutis (quo ad ſuorum Priuilegiorum explicationem attinet) ſiue Agricolationem, ſiue Pecuariam artem conſideremus. Interim Ruſticis hiſce muneribus, quæ à Deo rerum omnium opifice profecta ſunt, ornanda Diuûm Altaria, vt

Tranſitio ad tertiam Partem Lib. 2.

Fertilis frugum, Pecoriſque, Tellus
Spicea donet Cererem corona,
Nutriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et Iouis auræ.

TERTIA PARS LIBRI. II.

DE VNIVERSO RVRIS HABITV ET CONSTITVTIONE.

Cap. I.

De ſalubritate corporis humani ex Ruſticatione.

De Ruris opibus Vrbanaque paupertate apud Martial. Facto vocatur lætus opere vicinus, Nec auara ſeruat craſtinas dapes menſa. Veſcuntur omnes, ebrióque non nouit ſatur miniſter inuidere conuiuæ. At tu ſub vrbe poſſides famé mundam, & turre ab alta proſpicis meras laurus, furémque Priapo non timére ſecurus, & vinitorem farre paſcis vrbana, Pictámque portas otioſus ad villam Olus, oua, pullos, poma, caſeũ, muſtum. Rus hoc vocari debet, an domus longa?

PostqVAM fortunæ bona accepiſtis, quibus refertiſſimi ſunt Ruſtici fundi, progrediamur ad corporis & animi bona, quæ Rus vniuerſum adfert mortalibus, tãtò externis præſtantiora, quantò faciliùs auidiúſque aliquando 1

Abſumet hæres Cæcuba dignior
Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore cœnis.

Non minùs planè Agricultura ſanis optimũ corporis habitum, quàm ægris ſanitatem Medicina promittit, vt Cornelius Celſus innuit Lib. 1. Quod Flaccus olim re expertus, vbi me (ait) in montes & in arcem ex vrbe remoui, nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auſter, Autumnúſque grauis, Libitinæ quæſtus acerbæ. Hæ latebræ dulces, etiam, ſi credis, amœnæ incolumem tibi me præſtant Septembribus horis. Atque adeò Romani ciues, quùm nonis modò diebus vrbanas res vſurpatent, reliquis ſeptem verſarentur in opere Ruſtico, Vtrumque conſequebantur, vt & cultura agros feraciſſimos haberent, & ipſi valetudine eſſent firmiores. Ex quo ſeriùs ab iis Græcorum vrbana Gymnaſia deſiderabãtur, aut balnea Puteolana, ſi quáve alia amiſſam valetudinem reſtituerent ignauo generi, quod tecto gaudet & vmbra: Balnea (inquam) hæc voluptatis irritaměta compluſculis, qui crudum pauonem in balnea portãt. Hinc ſubitę mortes atque inteſtata ſenectus, ducitur iratis plaudendum funus amicis. Ad extremum, acciti in Vrbes medici, qui ægros deſidia craſſiquè aëris intemperie Oppidanos curatent.

Ideò veteres Ruris receſſum ſenectutis ſuæ nidulum appellabant, vt Rufus Verginius villam ſuam Alſienſem, Apud Plinium lib. 6. Epiſt.

At medicos prudentiùs vitantem morbis præcauendis oportet modò eſſe Ruri, modò in Vrbe, ſæpiúſque in agro, nauigare, venari, quieſcere interdum, ſed frequentiùs ſe exercere, Corn. Celſi præſcripto. Segnities enim corpus hebetat, labor Ruſticus firmat, illa maturam ſenectutem, hic lõgam adoleſcentiam reddit. Qua in re noſtrorum obiter collegarum vicem non poſſum quin defleam, quorum multi forenſibus curis nullam impetrant Ruſticam quietem, ſed pertinaci ac indefeſſo negotiorum ciuilium æſtu, quaſi œſtro perciti, vſquequaque 2

Ex meo propinquo Rure hoc capio cõmodi, neque agri neque vrbis me odium percipit: Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Vt ait Terentianus ille in Eunuc.

Aut linguas cauſis acuunt, aut Ciuica Iura
Reſpondere parant.

Quibus interim valde metuendum,

Officioſa

Officioſa ne ſedulitas, & opella forenſis
Adducat febres, & teſtamenta reſignet.

Viuere naturæ ſi conuenienter oportet, viſtine locum potiorem Rure beato? Eſt vbi diuellat ſomnos minùs inuida cura. Ex Horatio.

3 Fateor non deeſſe Agros quoſdam valetudini noxios, quorum Portius Cato meminit, ratus ob id nemini ſano faciendos ſumptus in ſolo peſtilenti, quàmlibet fœcundo pinguíque aruo. Nam vbi ſit cum Orco ratio ponenda, ibi non modò perceptionem fructuum, ſed & vitam colonorum eſſe dubiam, vel potiùs mortem quæſtu certiorem. Haud aliter M. Attilius Regulus dixiſſe memoratur, fundum, ne fertiliſſimi quidem ſoli, quùm ſit inſalubris, nec effœri, ſi vel ſaluberrimus ſit, parandum. Vt eſt apud Columellã. lib.1.cap.4 Notarunt eandem fundorum inſalubritatem Paulus I.C. in l. ſi fundus ſit ſterilis, vel ſaxoſus, vel peſtilens ff. De Reb. cor. Et Vlpianus lib. 33. ad Edictum in l. Sed addes, in Vet. ſi ſaltum paſcuum locaſti, in quo herba mala naſcebatur, vnde pecora vel demortua ſint, vel deteriora facta D. loc. Eiuſmodi necnon prædia exhorruêre Diocletian. & Maximian. Impp. l. Si prædium §. idem obſeruatur, & ſi peſtibilis fundus, i. peſtibilem herbam vel letiferam habens, ignorante emptore diſtractus ſit Cod. De Ædilit. action. Ita deinde Scotico Edicto Kenneti regis ſancitum fuit, Circiter annum Virginei partus.850. tali ſcriptura, Qvi ſva cvlpa agros satiles nocivis herbis labefactari siverit, evm ob primam cvlpam bove vno mvlctato, ob secvndam, decem, ob tertiam vero, agris ipsis arceto. Verſa vice, ne ex ſalubribus locis in morboſos, tum plantas, tum Agricolas transferamus, conſulit Dionyſius Vticenſis, Agriculturæ Lib.2.Cap. penul. ſic ordiente:*Συμβουλεύουσί τινες μὴ ἐξ ὑγιεινῶν τόπων εἰς τοὺς νοσώδεις μεταφέρειν τὰ φυτὰ, καὶ τοὺς γεωργοὺς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ χειρόνων εἰς τοὺς κρείττους, ἢ ὁμοίους, ἢ εἰς τοὺς μὴ πολλῷ ἐλάττους.

Sunt & ſegetibus, arboribuſque ſua vitia, rubigo, crogo, vredo, ſideratioǹ & carbunculatio vi haud diſſimilis.

Lex Scotica.

*Conſuluêre quidã, vt ne ex ſalubribus locis in morboſos, plantas ſeu Agricolas traducamus, ſed potiùs ex deterioribus in meliores, aut ſimiles, aut certè non multò peiores.

4 Ac propterea talium Agrorum cultores in morbos incidunt, nonnũquã & cęteri Agricolæ, ſed quibus præſto ſunt è medio Rure pręſentiſſima morbis remedia, citra vrbanã medici opẽ. Quot enim medicæ artis ſciẽtiſſimi à Ruſtica anu victi ſunt, quæ vnica planta ſeu herbula ſalutares corporibus curationes adhibuit medico deſperatas? Nõne Aſſyrię anus, Ægyptiæ, Luſitanę antiquitùs ſanare languẽtes cõſueuerũt? Qui idcircò ſpretis medicis, in forũ & plateas efferebãtur, vt à Ruſtica muliere herbarũ perita curarẽtur. Exiſtunt quoq; animantium corporibus ægris ſalubria pharmaca Rure in medio, quæ Dionyſius Vticenſ. ſparſim recẽſuit, Agricolationis Lib.16.17.&.18. Haud improbo certè Chryſippi Opus de braſſica, Pythagoræ, de Scylla, Marchionis, de rafano, Dioclis, de Rapo, Phaniæ, de vrtica, Apuleij, de Betonica, aliorúmve, qui de ſimplicibus aliquot herbis Volumina conſcripſerunt. Sed ita me herclè iudico, ſalutis corporeæ ſummam, ſpémque reſtituendæ valetudinis non eſſe in tot medicorum præceptis omninò collocandam. Quippe & rudem fuiſſe veterem medici-

Inter Ruſtica etiam alimenta vel remedia, ſunt Agreſtia domeſticis ſalubriora. Nam ex Agreſti animali ac montuoſo proueniẽs alimentum minùs habet excrementi, & ſuccum gignit meliorem. ſeſte Galeno lib. 3. De Alimentor. facult. Cap. 14.

nam planéque empyricam teſtatur Plinius Lib. 29. Cap. 1. & Valer. Max. Lib. 2. Cap. 1. Vbi de Febre Dea templis culta Romæ. Ac Caſſij quidem Dionyſij iudicio commodum eſſet, medicum in Agro conſtituere, aut ſi id fieri nequeat, accidentes morbos curare: diſciplinæ exemplo ab his, qui ſimiliter ægrotarunt, hominibus ſumpto. Etenim qui eandem incolunt Regionem, ac eadem dieta vtuntur, ſi in eoſdem morbos inciderint, iiſdem ſimul remediis ac medicaminibus curabuntur. Lib. 2. ſelectarum de Re Ruſt. præceptionum Cap. 45.

NIHILO ſeciùs Medicorum Collegium, nuper adito Senatu, conqueſtum eſt, à Ruſticana muliercula medicinam in ſuos ac Ruſticos exerceri. Nemini quippe licentiam medendi humanis corporibus permittendam, niſi qui decreto ordinis probatus eſſet. Ex auctoritate Gordiani Imp. in l. 2. l. Medicos l. Archiatri Cod. de Profeſſ. & medic. Lib. 10. Fœmina, è contrario, non negare, medicorum in vrbe conſtituendorum arbitrium Ordini quidem eſſe mandatum, ac Ciuitatis cuiuſque poſſeſſoribus, vt certi de probitate morum & peritia Artis eligāt ipſi, quibus ſe liberóſque ſuos in ægritudine corporū cōmittāt. At Vicanis quoque parem deligendi ſibi medici non inuidendam eſſe libertatem. Etenim (Conſtantini Imp. verbis) nulla criminatione implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in Agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia. Proinde medicinales herbarum collectiones, quæ in Pagis fieri aſſolēt cum Symbolo & oratione, nominatim excipiūtur à Canone prohibitorio inter Capitula Grçcarum Synodorum extante, quas in vnum coēgit Martinus. 1. Epiſcopus Bracarenſis. Scilicet non hæc humanis opibus, non arte magiſtra, ſed neſcio quis maior agit Deus. Defendit præterea, ſe nulla lucri ſpe duci ad parandam contribulibus ſuis medicinam, nec ex profeſſo quæſtum ac opes ſperare, nedùm exigere, ob eam rei medicæ experientiam morborumque curationem: Qualem ingenuè Populo ſe exhibuiſſe gloriatur Auſonij pater hoc verſu. 5

Si qui tamen imprecationibus & magicis carminibus tradāt medicinam, hi è Repub. ſunt explodendi: quales Galenus deridet Chariachitum & Damachium. lib. 6. Simpl.

Obtuli opem cunctis poſcentibus Artis inemptæ,
Auxiliúmque meum cum pietate fuit.

Placitum Senatus Die. 16. April. An. 1573.

Senatus, ad appellationem ex Andibus cauſa perorata, rem in conſilium miſit. 16. Kalend. Maias An. 1573. Mario, medicorum vrbis Andegauæ, Bautruo, Ianæ Leſcalieræ, aduocatis.

De Vrſorum morbis & remediis Solinus Polyhiſtor Cap. 29. qui ibidem ait, Dominum Aenobarbum curulem in Circo Romano edidiſſe vrſos Numidicos centū, & totidem Aethiopes venatores.

De medicina ex herbis Agreſtibus.

CAP. 2.

ADMONENT nos vel beſtiç ipſç, ex Ruſticis herbis inſignē peti morborum leuationem, ad quas ægræ illæ confugiunt, haud alia quidem adſcititia arte, quàm naturæ ducis ſagacitate quadam inſtructç. Olenium pecus ſtatim à partu Siſeli herbam comedit, cruciatuum alui curatricem: Cerui telo icti, dyctamon, hirundines chelidoniam viſui ſaluberrimam. Vrſus languidus formicas lambendo mandit: Canes nauſea correpti, quùm bilem 1

Olenia, Capra dicta, ab Oleno Arcadiæ ciuitate, vbi Capræ plurimæ.

bilem vomitu expellere conantur, gramen appetunt: Sues ad fluuiatiles cancros properant, quos vbi deuorarunt, protinùs dolore capitis liberantur: Teſtudo, guſtata vipera, origanum rodit. Apri hedera in morbis ſibi medentur, & cancris veſcendo, maximè mari eiectis: Palumbes, graculæ, merulæ, perdices lauri folio annuum faſtidium purgant, vt Palamedis aues iunco paluſtri. Infinitæ ſunt aliæ brutis animantibus notæ herbę, quas diligenter inueſtigauit Plinius lib. 8. Natur. Hyſt. cap. 27. & Plutar. in Opuſc. De cauſis naturalibus. Tantum natura beluis & ſenſum dedit & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos, altero, peſtifera à ſalutaribus ſecernerent. Quælibet enim * ἄλογαι ſint feræ beſtiæ, rationis, vt orationis expertes: Nihilò magis tamen ſenſu communi, quàm vocis ſono aliquo deſtituūtur. Hinc grunnire ſues dicūtur, gannire vulpes, hinnire equi, balare oues, anſeres ſtrepere, cameli blaterare, gemere vrſi, aſini rudere, frendere apri, garrire picæ, corui crocitare, crepitare ciconiæ, elephanti barrire, mugire boues, canes latrare, cornicari cornices, ſtridere cicadę, pipare gallinæ ſeu glocire, ſibilare anſeres, & rabidæ canes hirrire.

> Grues, Palamedis aues.
>
> Ex variis herbis quænam medicinæ corporum, docet diſtinctè Plinius, Lib. 22. Natural. Hiſtor.
>
> * ratione & oratione carentes.

2 QVANTO effuſiùs adhuc hominum generi ſalutiferas herbas proferunt Rureſtria loca ac ſylueſtria? Non omnes certè omnia, fateor: Sed quæ ſingula ſingulas herbas, velut collatis ſymbolis, promunt mortalibus, ad præbendam ſanitatem idoneas. Æthiopis enim naſcitur in Ida monte Troadis, & in Meſſenia Siciliæ, cuius radicis coctum potum auxiliari Iſchiadicis, pleuriticis, & ſanguinem reiicientibus affirmat Dioſcorides lib. 4. cap. 100. Apios ſeu Iſchas è Creta & Apulia ad nos adfertur, cuius pariter ſaluberrimæ qualitates recitantur à Theophraſto, lib. 9. De Nat. Plant. Cap. 20. Ricinus, palma Chriſti germana eſt Ægypti & Hiſpaniæ, de qua Plinius lib. 15. cap. 7. & Galenus lib. 7. Simplicium medicam. Nucem myriſticam fert inſula Badan apud Indos, Caſſiam ſolutiuam Ægyptus circa Mēphim, Ariſarum primū ager Romanus nō longè ab Vrbe: quod celebrat Galenus Lib. 6. ſimpl. medic. Styrax familiaris eſt Syrię Iudęæ circa Gabala, Marathunta, & Caſſium Seleuciæ montem, apud Plin. lib. 12. Cap. 25. Quid enumerem lupum ſalictarium, in Germania ſeri ſolitum ab iis, qui Zythum conficiunt? Quid mandragorā & Pſeudocoſtum, herbas Gargani alumnas, Apuliæ montis? Ab eodem plurima gignitur Thaſpia, Gallis *Turbiblanc*: Zæa veluti in Germanico ſolo creſcit & Italico, multùm à Galeno cōmendata, Lib. 6. Simplic. medicam. Ita Pyrethrū, in quibuſdam Italiæ montibus, & Piſtacia Syriæ herba, hortis magnatum Italorum inſita paſſim conſpicitur. In Bohemia necnon vulgaris eſt Cōſiligo, præſertim in Agro Pragenſi, vt Matthiolus in Dioſcor. aſſerit. Innumeras alias herbas earúmque in nos beneficia, naturæquè priuilegia vide apud Theophraſtum lib. de Plantis & Stirpibus, Plinium in Natur. Hiſtor. & Dioſcoridem Anazarbæum.

> Rei Herbariæ ſcriptores pluximi coumerātur a Plinio. lib. 25. cap. 2. & à Theophraſto in lib. De Stirpibus. Vnus quoque Græcorum Imperator Conſtātinus 4. Pogonatus ſimul & Agriculturæ compendium collegit, & medicinam eodē ſtudio ſummo amplexus eſt.
>
> Lupus ſalictarius, Gallice *houblon*.
>
> Zæa, Gallis *eſpeautre*.
>
> De piſtacia Galenus lib. 2. De Alimen. facultat.
>
> Sic Plinius Thuſcorum rura commendat, quæ Appenino ſaluberrimo montium

3 IN ſumma iſtud tenendum eſt, in Ruſticatione ipſa atque adeo in

ſubiacẽt, quòd hinc ob cæli temperiem ſoliq; amœnitatem ſenes fuiſſe Videas auos proauoſque iam iuuenum: Audias Fabulas veteres, ſermoneſque maiorum. Epiſt. lib. 5. Epiſtola. 6.

Ruſticis herbarum beneficiis ſitam eſſe potiſſimùm ſalutis humanæ ſuſtentandæquè valerudinis rationem. Quam M. Valerius Coruinus exemplo ſuo comprobauit, ad centeſimum annum vita perducta, cùm eſſet exacta iam ætate in Agris, cóſque coleret: Cuius inter primum & ſextum Conſulatum ſex & quadraginta anni interfuerãt. Itaque quantum ſpatium ætatis Romani ad ſenectutis initium eſſe voluerunt, rantus illi curſus honorum fuit: Vtà M. Tullio memoriæ proditum eſt in Catone maiore.

De commoda Philoſophandi in Agris ratione.

CAP. 3.

OPTIMAM corporis cõſtitutionem ſequuntur animi mores & temperamentum, id eſt, quanto ingenij acumine ac dexteritate prædiri ſint, qui in Rure ſaluberrimo nonnunquam ferientur, eſt explorandum. Tribus enim bonorum generibus abſoluitur cantilena illa Platonica, quæ humanæ fœlicitatis cumulum, fortunæ bonis, corporis, & animi metiebatur. Quippe quùm nihil adſit in toto vitæ genere optabilius, quàm mens ſana in corpore ſano. Ergo fœlix ille animi, quem dulces Camœnæ remotum à curis vrbanis in ſecuros ſecretóſque Ruris ferant receſſus, vbi nec inſanum vltrà ac lubricum forum famámque pallentem trepidus experiatur: ſed eidem veterum monumenta voluendi, nouáque meditandi otium ſuppetat liberrimum. Tùnc enim non illũm fremitus ſalutantium, nec anhelus cliens excitat, nec incertus futuri teſtamentum pro pignore ſcribit: Vel ut is ipſe de quo Tacitus in Dialog. De Orator. Exin præclarè Vlpianus lib. 20. ad Sabinum, inſtructo fundo, bibliothecam & libros, qui illic erant, vt quoties dominus veniſſet, vteretur, cõtineri. In l. 12. Verſ. Inſtructo autem ☙. de fund. inſtruc. Quot enim reconditæ doctrinæ libri è ſuburbana Villa ad nos peruenêre? Hoc modo Tuſculanum Rus & Phormianum luminis plurimùm attulit Ciceroni, Laurentinum Plinio, Caregium Laurentio Medici literarum patrono, Chelſeicum Thomæ Moro, Santomurianum & Marlianum Budeo, qui illic libero mentis conceptu ſibi canebant & Muſis. Sicuti etiam de Valerij Flacci prædiolo refert Martialis, quo ille in prædio exiguo Mineruæ curas reponere conſueuiſſet. Imò & doctiſſ. Seneca plantauit platanos, ſua manu piſcinas effodit, aquas diduxit, nec alibi lubentiùs erat quàm in Agris. Quemadmodùm igitur ſerit arbores diligens Agricola, quæ alteri ſeculo proſint, vt ait Statius in Synephebis, quarúmque aſpiciet baccam ipſe nunquam, nihil aliud ſpectans, niſi etiam poſtera ſecula ad ſe pertinere. Ita vir magnus, in pacatiſſimũ Ruris tranquilli digreſſus ſeceſſum atque ſilentium, ſerere debet poſteris inſtituta Reipub. cui à puero eſt innutritus. At infauſto hoc An. 1589. nec Ruri ſatis, aut in Vrbe tutus Camœnis ſeceſſus relinquitur. Quippe cùm omnia perſtrepant Bellis in Gallia ciuilibúſque Diſcordiis: Quarum velut procellarum gurgite ac fluctibus adeò exorbemur,

Hinc Lucretius de vita Ruſtica loquens infit. Tum ioca, tũ ſermo, tum dulces eſſe cachinni conſueſcant, Agreſtis enim tum Muſa vigebat.

Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt.

Caregium, in Rure Fæſulano Medicum, qua Mons ſacer vrbem Mæoniá longique volumina deſpicit Arni.

Ita Mœris apud Vergilium, Inſere Daphni pyros (inquit) carpent tua poma nepotes.

exorbemur, vt nõ niſi Seruatoribus Diis inde vſpiam liceat emergere.

2 SVCCEDIT his ſummum aliud maximúmque Ruris Priuilegium, quo externis ſollicitudinibus vacui, traducimur ſenſim à profanarum literarum ſtudiis ad cæleſtis ſuperneq́uè vitæ contemplationem, & amœna piorum Concilia mortales Elyſiúmque meditamur. Fœlices animæ, quibus hæc cognoſcere primùm, inq́ue Domos ſuperas ſcandere cura fuit. Verùm haud vlla magis compendiaria patet ad eam perbeatam cognitionem via, quàm Eremi Ruſticæq́ue ſolitudinis incolatu. Id fuit in cauſa, cur Baſilius Magnus, de laudibus Eremi, & D. Auguſtinus ad ſororem de Eremitica vita ſcripſerint, & ſanctus pater Athanaſius, ſolitariam vitam agentes, Opere edito, conſolatus ſit. Quaſi è Paradiſo hortíſque terreſtribus, facilior paretur aſcenſus ad cæleſtem illum Paradiſum, ſedéſque beatas. Quod animo meditantes Aſcetæ priſci & Anachoretæ continuò ſpiritum duxerunt in ſaltibus Thebaïdos, diuino afflatum Numine, vitamq́ue inibi, popularibus Vrbium turbis poſthabitis, conſumpſerunt. Vt cernere eſt apud D. Hieronymum in vitis patrũ, & apud Palladium in Lauſiaca Hiſtoria. Quo in genere extiterũt Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, Arſacius, & alij quidam in Nitria Sceti, Ægypto, Ponto, ac cæteris Eremi penetralibus: qui cęleſtia ſpirantes, terrena calcabant. Iſthæc autem modò cogitantibus ac curantibus

Scriptores alios ſolitariam vitam laudantes citauimus Lib. 2. noſtri Oper. de ſacra Politia foren. Tit. 8. Artic. 17.

Quid vici proſunt aut horrea? quidve Calabris
Saltibus adiecti Lucani? ſi metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?

3 DEMVS verò, multos Rurigenas craſſiore ingenio, minùs rapi Diuino afflatu rerúmque cœleſtium meditatione: hoc certè illis præſtat Ruſtica ſolitudo, vt faciliùs abſtineant à vitiis. Nam (ſi de temperantia ac caſtitate dicendum eſt) haud temerè figmento poëtico à Naſone depingitur

Rure ſata Nymphe, Cranen dixêre priores,
Nequicquam multis ſæpe petita procis.
Rura ſequi, iaculíſque feras agitare ſolebat,
Nodoſaſquè caua tendere valle plagas.

Cui planè non ceſſit Theſbites fœminæ virtus, apud Siliũ. Hæc ignara viri vacuóque aſſueta cubili, venatu & ſyluis primos defẽderat annos. Hinc meritò omnium pręconiis laudatur cana fides, priſcáq; frugalitas, & ſanctimonia primorum Orbis terræ parentũ, quorum ſolitaria vita Ruſtica magis erat amica Naturæ, initióque humanæ conditionis, quàm vrbana poſterior. Nam quũm duæ vitæ traditæ ſint homini, Ruſtica & vrbana, antiquior multò eſt Ruſtica: quòd fuit tempus, cùm Rura colerent homines, neque vrbem haberent: Eo tẽpore, quo Agri coli ſunt cœpti, atque in caſis & tuguriis habitabatur, nec murus nec porta quid eſſet, ſciebant mortales, & immani numero annorũ vrbanos Agricolæ præſtiterunt. Minimè mirum, quòd diuina natura

dedit Agros, ars humana ædificauit vrbes. Vnde & Ruſticitatem ſynceram eſſe, ac ſimplicẽ veritatis nuntiatricem, qua laudentur virtutes, vitiáque culpentur, oſtendit Fridericus dux Auſtriæ, patruus Friderici Imp. Nam is crebrò, mutata veſte, ſolus inter agreſtes conuerſabatur: quibus cum arans, de ſeipſo, & de purpuratis ſuis confabulari conſueuit. Interrogatus, cùr id ageret: Neque enim de me (inquit) alio modo verum audire poſſum. Vt eſt apud Æneam Syluium, lib. 3. Commentar. In. dict. & fact. Alphonſi Reg.

Rure meo quidem poſſum perferre pauperiem.

AVARITIÆ etiádùm rariùs addicti ſunt Ruſticani. Nam, Stobęi teſtimonio, eſt viuendi pater hominibus Ager, & ſolus nouit abſcondere paupertatem: Serm. 56. De Agricultura. Vrbs verò, theatrum eſt vtrique ambitionis infœlicitate ſcatens, quę auaritiæ nutrix fœdiſſima, veſtibulis foribuſque Potentum excubat, & pretiis commercia poſcit honorum. Illum autem Ruſticæ vitæ modum ac temperationem deſcripſit ad vnguem Ruſticus apud Tibullum de ſe loquens, 4

Non ego diuitias patrum fructúſque requiro,
Quos tulit antiquo condita meſſis auo:
Parua ſeges ſatis, æſtiuo ſecurus aceruo
Dites deſpiciam, deſpiciamque famem.

Fallitur Matthæus in Conſtitut. Neapolit. qui inter aliquot Ruſticorum, quæ enumerat incõmoda, pecuniarum penuriam accenſuit. Tit. De reuocandis tranſeuntibus ad alienã habitationem.

Atque hoc ipſum eſt, quod Valentin. & Valens Impp. reſcripſerunt, Ruricolas pecuniam, aurum, argentum nec optare quidem audere. L. Domini prędiorum Cod. de Agric. & cẽſit. Lib. 11. His quoque Tenarea domus haud eſt fulta columna, Nec camera auratas inter eburna trabes, canente Propertio. Sed nulla itidem aconita bibũtur fictilibus: tunc illa time, quùm pocula ſumes gemmata, & lato ſetinum ardebit in auro, Ex Satyrici verſu. Cui Ruſticæ frugalitati ac moderationi cognata virtus accedit, mentis candor eximius, vt quemadmodùm haud temerè à quoquam inuidetur Rus incolenti, ita nec ipſe tetro liuore aliis inuideat. Sicuti Flaccus ad Villicum de villa ſua hæc occinit,

Horatius.

Non iſthîc obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſúque venenat.

Angeli Politiani Sylua, cui titulus eſt, Ruſticus.

Atque vt Ruſticus Politiani

Nec mentem pauet ipſe ſuam, nec conſcius omnes
Exhorret ſtrepitus, nec edaci pectora culpa
Carpitur occultè, aut celſa conſpectus in arce
Degeneri patet inuidiæ: Sic ipſe viciſſim
Haud vllo liuore macet, fœtuſque veneno
Æſtuat, atque aliena oculis bona limat acutis.

EX QVO pariter efficitur, vt liber ſolutuſque Vicanorum animus propenſiùs feratur ad Aſtronomiæ cognitionem, terrenîſque ac cœleſtibus prognoſticis futuros caſus ſagaciter proſpiciat. 5

Namque in conſilium maria aduocat, æthera, terras,
Naturámque omnem, viuitque auctoribus Aſtris
Cura Deûm Agricola, atque animo præſcita recenſet,

Et rerum

Et rerum euentus ſenſu præſagit acuto.

Nec fœlicius quicquam Nauio Actio contigit, Augurum Roman. illuſtriſſimo, quàm patre naſci exigui colono Ruſculi, quem puer etiam Ruſticis operis adiuuetat. Is enim ætatis progreſſu callentiſſimus Aſtronomiæ, quùm multa prædiceret diuinitùs, ad tantam nominis celebritatem peruenit, vt reliqui eius ſeculi Augures collati ad illum in nullo penè honore extiterint, Tarquinio Priſco Roman. rege. Auctor Halycarn. lib. 3. Saltem Colonica Lege, Ruſticis varium cœli prædiſcere morem cura ſit, & patrios cultus habitúſque locorum: vt quid quæque ferat regio, quid quæque recuſet, commodiùs ipſi in rem ſuã intelligant. Proin arbitratur Varro, notaſſe Agreſtes primitùs quędam in cœlo ſigna, quæ præter alia erant inſignia, atque ad aliquem vſum culturæ tempus deſignãdum conuenire aduertebantur. E queis ſigna ſunt, quòd has ſeptem ſtellas Græci, vt Homerus ἄμαξαν nuncupat, & propinquum eius ſignum βοώτην: Latini eas ſeptem ſtellas boues & triones, & prope eas Axem. Triones enim, & boues appellabãtur à Bubulcis etiamdùm Varronis ſeculo, maximè cùm terram aratent: E queis vt dicti valentes glebarij, qui facilè proſcindebant glebas: ſic omnes qui terram arabant, à terra Teriones, vnde Triones vt dicerentur E detrito. Lib. 6. Varr. De Ling. Lat. Porro Lunæ & Anni dies ruſticis operibus faciundis diſtinxit Heſiodus ἐν ἡμέραις. Quem multi ſecuti Agricolationum ſcriptores, Vergilius, Cato ſenior, Columella, & Palladius. In ipſam quoque meſſem, reſte Plinio, concurrunt prælia ventorum aliquando, damnoſa imperitis. Scilicet Democritus, metente eius fratre Damaſo, ardentiſſimo ęſtu, orauit, vt reliquę ſegeti parceret, raperétque deſecta ſub tectum, paucis mox horis ſæuo imbre Vaticinatione probata. Vt eſt apud Plinium, Lib. 18. Natur. Hiſt. Nec verò iſtuc congerere neceſſe eſt, quæ Caſſius Dionyſ. Vticenſis de ruſtica Aſtronomia tradit, Lib. 1. ſelectarum de Agricultura præceptionũ. Quo loci Villicus monetur Agri œconomiæ præfectus, ſolſtitiorum mutationes noſſe, & temporum occaſiones. Ibidem de prænotione agitur sereni, ac nubili aëris: An præcox, aut ſerotinus futurus ſit annus: De Caniculæ ortu & prænotione eorum quæ ex ipſa contingunt. De ortu & occaſu apparentium ſtellarum: Et reliqua id genus. Hinc Ruſticus

Conſulit & Phœbi flammas, an grandinis augur
Palleat, an radiis monſtret diſcordibus imbrem,
An præ ſe exoriens nubes agat, an niger orbem
Circulus extremum claudens qua rumpitur, acres
Carceris Æolij moneat conſurgere flatus.
Adnotat & cœli faciem, nûm ſtella ſereno
Æthere lapſa cadat rapidi prænuncia Cauri,
Conſcia nûm ſubita ſemet caligine obumbrent
Aſtra, trahantque hyemem, gemino Thaumantias arcu

Rus inhabitantium plerique ideirco puriore ac feriore ſũt ingenio, quòd maiore animi tranquillitate perfruantur, cum ſumma ſecuritate coniuncta. Cuius tranquillitatis beneficia tractat Plutar περὶ Εὐθυμίας. Velut & ſecuritatis Ruſticæ, Horatius. Apologo Ruſtici muris & vrbani. Lib. 2. Serm. Satyr. 6. Tutam enim dat caſa parua quietem.

Ruſticus & volucri petit ardua ſydera mente: Scrutatúrque ſagax, quę ſit ſentẽtia Diuûm, Quid, quodque emergens, latitanſuè, orienſuè, cadenſuè Stella paret, quid quadruplici celer adferat anoua Cardine, quæ ſulcis, quæ ſint ſtata tempora meſſi.

Antiquorum Ruſticorum obſeruatio Aſtrologica apud Varronem. Nam, (vt Maronis Ruſticus fatur) Tam ſunt Arcturi ſydera nobis Hœdorúmque dies ſeruandi & lucidus anguis, quam quibus in Patriam ventoſa per æquora vectis Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abidi.

Ruſticus ille etiam numeros legeſque dierũ Prouidus obſeruat. ſcit enim quid ſeptima portet, In qua naſcentem excepit bona Delia fratrem, Scit quoque poſt decimam, quid

prima, quid altera luce iniungant operum &c.

Quid ferat, aut curto cum vix ſecat aëra gyro,
Et penè vnicolor taurina fronte minatur:
Nunc præſepe oculis, nunc Bacchi ſpectat aſellos.
Quique Noton cernit, quique eſt obuerſus ad Arcton.
Fulgores tonitrus, inſperſaque vellera cœlo,
Brumalémque diem, & totum ſemel aſpicit Annum.

AC de Ruſticis ingeniis hactenùs. Vrbium verò habitatot quotuſ- 6 quiſque animum adiungit ad præcelſam hanc ſyderum Aſtrorúmque cognitionem? Quis non potiùs ad quæſtuarias artes, commercia, foréſes præſtigias, ad rem demùm quibuſuis technis adaugendam? Declarat hoc Syracuſanorum ciuium incuria, quibus vel ſui etiam Archimedis ſepulchrum ignorantibus, qui Mathematices aſtrorúmque periria ibidem excelluerat, homo Arpinas indicauit: Sepulchrum, inquam, eadem in vrbe ſeptum vndique & veſtitum vepribus ac dumetis, in quo inerat ſphęrę figura, & cylindri. Vt Cic. ſcribit in. 5. Tuſcul. Eámque ob rem Capitolinus Iuppiter è tot Roman. millibus vnum delegit T. Latinum, cui, quòd Ruri plerunque habitare, & opus Ruſticum exercere ſolitus eſſet, Deus arcana ſua parefecit eo procliuiùs. Is enim T. Larino viſus in ſomnis hęc fertur dixiſſe, (Q. Sulpitio Camerino & Sp. Largio Flauo Coss.) I. Latine, dic tuis ciuibus, mihi Ludis præſultatorē diſplicuiſſe: qui niſi magnificè inſtaurentur, periculum Vrbi fore. Hoc modo paganus diuini arbitrij conſiliorúmque fit particeps ac nuncius, idémque, coacto Senatu ac monito, Patriam ingenti minacis fulminis metu, ceruicibúſque imminenti calamitate liberauit. Vt eſt apud Dionyſium Halycar. lib. 7.

Concluſio Libri.

QVOCIRCA, vt totam hanc tractationem in pauca conferamus, 7 omne tulit punctum Ruſtica Res vitáque, non extrnis ſolùm fortunæ bonis cumulans vnumquemque noſtrûm, ſed & præſtantiſſimis animi dotibus: ſiue hæ ad Rempub. tuendam poſteritatiſque ſtudium, Libris editis, ſpectent, ſiue ad ſalutem animæ quietemque futuræ vitæ ſempiternam. Quò cœleſtis tandem mortalium animus, quíque ex altiſſimo illo domicilio profectus eſt, tranſacto terreni incolatus diuerſorio, illuc reuertatur.

HOC *opus, hoc ſtudium parui properemus & ampli,*
Si Diuis volumus, ſi nobis viuere chari.

LIBRI.

Explicit Liber Secundus.

LIBRI. III. DE ACTIONIBVS RVSTIC.

PRIMA PARS. DE PRÆPARATORIIS IVDICIORVM.

Præludium De tribus Iudicij partibus.

1 EXTREMVM hunc Arethuſa mihi concede laborem, vt à Perſonis, Rebúſque Ruſticis, quarum Priuilegia ſigillatim recenſui, ad Actiones explicandas vltimo loco aggrediar. Fueranr enim priùs Ruris opes ſaturi, frugéſque Villico legendæ, quàm ad iudicia, & contentiones Fori veniretur. Id quod Aſcræus vates palàm edocet in Opera & Die. Heſiodius verſus.

Nemo forum ſequitur, quem non fouet annua meſſis,
Et bene clauſa domi Cereris gratiſſima dona:
Hæc quærenda priùs, dehinc ſi vacat, i pete vulgus,
Et Fora, in alterius rebus certamina pone.

2 In Iudiciis igitur, hæc Agricultori ſancita lex eſt ſingularis, Ne ſummo iure agatur cum eo, ſiue in ipſo litis ingreſſu, progreſſu, ac exitu, hoc eſt, in Præparatoriis iudiciorum, Ordinatoriis poſt litem conteſtatam, denique in Deciſoriis negotiorum ciuilium, ac Criminum.

De Formulis ſublatis in litibus Ruſticorum.

CAP. I.

1 QVOD attinet ad Cauſæ præpararoria, ſpeciatim lege conſtitutū eſt, libellū Ruſtici hominis ineptè conceptū haud ideò reiici oportere, ſed omiſſis Iuris apicibus recipiendū, actione præſertim inſtituta corā Vicariis Ruralibus & Baiulis Caſtrorū, quos Itali vocāt. Leuiuſculæ enim Agreſtiū controuerſię corā magiſtratu Rurali non admittūt prolixas iudiciorū formulas, pre- In cæteris Porrectio Libelli malè concepti non intertumpit præſcriptionē. Vt ait Modeſtinus lo l. Accuſaturus ꝟ. Ad leg. Iul. de Adult.

ſcriptáque iuris experiundi rationem. Vt ſentiũt Bald. & Salyc. in Authen. Niſi breues Cod. de Senten. ex breuic. recit. Alexád. Cõſil. 71. col. pen. Lib. 2. Quibus congruit Iaſonis opinio, in l. 1. ꝟ. De Offic. aſſeſſ. Agricolis enim imprimis ius reddendum eſt ſummatim ac celerrimè. §. 1. in Authen. De Quæſtor. Adeò, vt mero quidem iudicantis officio, nec poſtulante litigatore dirimi contentiones huiuſmodi oporteat: Inquit Faber in l. Mulierem Cod. Si mancipium ita vænierit ne proſtit. Specul. in §. 1. Vers. priuata Tit. De denunciat. Hinc etiam, è multis conſortibus litis, vno ad litem peragendam in Vrbe detento, reliqui domum ſunt relegandi: ne plurium abſentia aliquid res Agraria detrimenti capiat. §. ſi verò forſitan In Authent. De Quæſtore. Nam villico ſemper cauendum eſt, ne improuidus ab opere Ruſtico vincatur. Res eſt Agreſtis inſidioſa cunctanti, vt Columella tradit lib. 11. Quod & Roman. Principum ſanctionibus ſtatutum fuit in l. 1. l. Colonos l. litibus Cod. de Agric. & cenſ. lib. 11. l. vnica Cod. ne operæ à collator. exigantur. Toto Tit. Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat Ruſticanos §. Agricultores In Authent. de Statut. & Conſuetud. contra libert. eccleſ.

Nouella Conſtitutio Friderici. 2. Imperat.

Emphyteutæ interdictum Vnde vi cõpetit aduerſus proprietarium ſine iudice ipſum expellentem, etiam ſoluta emphyteuſi.

Aceſtum Die. 21. Ianuar. An. 1564.

SECVNDO, licet finita emphyteuſi, Ruricola deſinat poſſidere, 2
nedùm amittat vtile dominium emphyteutici prædij: Si tamen dominus proprietatis, ſibi ius in eam rem dixerit, illum q; temerè è fundo deiecerit, non per Iudicem, tenetur interdicto Vnde vi ab Agricola moto, qui proinde in priſtinam qualiſcunque poſſeſſionis cauſam de plano reſtitui debet. Atque ita Curiæ Supr. iudicio decretum eſt extemporali. 12. Kal. Februar. An. 1564. Nobis, Matthæi Longueioj, & Dogeato, aduerſarij cauſam orantibus. Quare Innocentij & Baldi ſententia non vtimur, exacto tempore locationis ſeu Veſtituræ, mox liberum ius fore proprietario aperiendæ ianuæ, quamuis occludente colono vel cliente. Innoc. in cap. 1. de Immunit. eccleſ. Et Bal. in cap. 1. de Controuer. inter domin. & fidelem. In Feud.

Finita Emphyteuſi, ius quoque poſſeſſorium Emphyteutæ competens ſtatim extinguitur, & ipſo facto, vt aiunt.

PVRE autem ac ſimpliciter, ſi emphyteuta, ſoluta emphyteuſi, do- 2
minum ingredi volentem prohibuerit, obnoxius eſt interdicto Vti poſſidetis, quod in eum protinùs licitè dominus exercebit. l. vlt. §. ſanè Cod. de Locat. Præd. ciuil. lib. 11. Specul. in §. Nunc aliqua Tit. de Loc. Idem cuſtodiendum in colono prædiorum, qui ingredienti proprietario vim faciens fundíve emptori, obſtringitur domino Interdicto recuperandæ poſſeſſionis. Vt notat Marcellus in l. Colonus ꝟ. de vi & vi arm. Quod & placuit Papiniano in L. Cum fundum ꝟ. eod. Tit. Vis enim Rure admiſſa præcipuè, ſeueriſſimis legum pœnis eſt vindicanda. Lege Luitprandi Langobardiæ regis. In Tit. *De Ruſtica collectione*, verbis ita conceptis. SI HOMINES IN VNO VICO HABITANTES ALIQVAM INTENTIONEM HABVERINT DE CAMPO, AVT VINEA, PRATO AVT SYLVA, VEL DE ALIA RE, ET COLLEGERIT SE VNA PARS CVM VIRTVTE ET DIXERIT, QVIA EAMVS ET EXPELLA-

Lex Luitprandi Longobardorum regis.

PELLAMVS EOS DE IPSO LOCO, ET SCANDALVM IBI COMMISSVM FVERIT, PRO ILLICITA PRÆSVMPTIONE DE IPSA COLLECTIONE COMPONAT SOLIDIS VIGINTI AD ILLAM PARTEM, QVI IN CAMPO, AVT IN VITE, VEL IN PRATO, AVT IN SYLVA SVA LABOREM SVVM FACIEBAT.

4 ISTVD dubitationem recipit, an Villicis ſacræ Eccleſiæ cõpetat priuilegium fori eccleſiaſtici, ne aliò, quàm ad Pontificium tribunal euocentur. Felyno viſum eſt, horum forenſes contentiones vtique ad profanorum iudicum notionem pertinere. In Cap. 2. De for. compet. Ex glo. in Can. indicatum Diſtinct. 89. Dempto duplici caſu, ſi Eccleſia ſpeciali priuilegio iuriſdictionis, quoad ſuos etiam colonos, ſubnixa ſit, aut ſi de eo trahantur in iudicium Ruſtici, quod ab Eccleſia vtendum acceperint, conduxerint. Gallicis autem moribus, exploſa hac diſtinctione, Laici omnes ſubiiciuntur regio ac profanæ iuriſdictionis foro duntaxat: Nec eis quidem licet in Pontificium magiſtratum cõſentire, Alioquin abuſus nomine prouocationes ad Suprem. Curiam inſtitutæ ſunt Edicto regio Franciſ. 1. An. 1539. Nam Principis conſtitutione tenentur Coloni eccleſiarum, niſi quales Antiquitas in vſu habebat, Eccleſiæ adſcriptitios ſeruóſque perpetuos. Ex Cap. non minùs De immunit. Eccleſ. Can. eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2. L. 2. Cod. De Epiſc. & Cler. & Bart. in L. priuatæ Cod. de excuſ. muner. Lib. 10.

De Priuilegio fori eccleſiaſtici Villicis eccleſiæ competenti.

Statuta laicalia ligãt Colonos eccleſiarum, quanquam nõ ligant Eccleſiã.

Ruſtico in primordiis litis negligenti ignoſcendum.

CAP. 2.

1 IVDICIBVS datis, edita actione, ſi quis in ius vocatus non ierit ſimplicitate Ruſticana, ei mulcta remittitur. Iuxta Pauli dictata lib. 1. ad edictum in l. ex quacunque cauſa D. ſi quis in ius vocat. Indulgendum eſt enim villicanti & in Agris occupato: quùm res Ruſtica ſit eiuſmodi, ſi vnam rem ſerò feceris, omnia opera ſerò facies, &

Frigidus Agricolam ſi quando continet imber,
Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno
Maturare datur.

Eò ſpectant quæ Cato nominatim de Re Ruſtica, & Palladius de Agricultura variis Capitibus tradiderunt. Ac propterea exiſtimant nonnulli, eum non pati pœnam verè contumacis, quem Ruſticæ rei occupatio defendat, ſed tum ſuſtinendas à Iudice cognitiones: Aut ſi ad dicendam ſententiam vſque progreſſum ſit, illi negandum non eſſe prouocationis auxilium, vt concedatur eandem cauſam retractare. Baldus, Caſtrenſ. & Alexand. in l. 2. §. vlt. ff. Si quis in ius vocat. Imol. in l. ex conſenſu §. vlt. ff. de Appellat. Fräciſc. Ripenſis in Tract. De Peſte. Quemadmodùm & lapſis ob

Opera omnia maturè conficias, face, inquit Cato De Re Ruſt.

Palladius Rutilius Taurus Æmilianus De Agricultura.

Multiplex eſt contumacia, in nõ comparendo, in nõ exhibendo, in non reſtituendo.

Ruſticitatem,qui actionem non ediderint , opem ferendam cenſu it Vlpianus,lib.4.ad edictum,in l.1.ff. De eden.

De Peremptione inſtantiæ.

2 Secvs verò iudicandum in inſtantia pereunte ob Ruſtici hominis negligentiam,qui eo caſu nihilò facilius reſtituitur aduerſus eremodicium contractum,quàm minor annis,aut fœmina in iure alieno mariti poſita,res vxorias lentiùs perſequenris.Nam Patres Pariſienſes, in ſimili cauſæ argumento decreuerunt,fœmineum ſexum ac viri poteſtatē peremptæ inſtantiæ non prætendendā:Salua tamen actione,vt ex integro deſerta lis poſſit inchoari.Placito Curiæ.14.Kalēd.Februar. An.1574.horis pomeridianis,Guiberto,Méque dicentibus:Et ita tùm obtinui pro Paride,cliente meo,aduerſus Franciſcam *de Ferrecoq*, Renati Robini coniugem.Etenim inconditum eſt ſubuenire ſexui mulieris,quæ inſtantiæ nomine tantùm periclitetur.Planè Senatus fauorabiliter amplectitur Eremodicij præſcriptionē,iudicio licet primitùs cœpto in Curia ipſa ac Senatorio Tribunali.Cui rei indicio eſt Areſtū Curiæ peruetuſtum de Bleſorum Comitatu,cuius lite mortua trienni ſilentio , ius in eundem perpetuò fuit Principi attributum. Huic affine de perempta inſtanria Senatus decretum recens in lite Claromontana.Sexto Nonas Martias An.1574 Mario, Ducis Monpenſerij, Mangotio,Reginæ matris,aduocatis,de Claromontano Aruernorum Comitatu:Quem ille maſculus ex Comitum filia, diuidûndum aſſerebat velut hæreditarium cum Regina ex maſculo Comitum orta: Hæc negabat,quòd maribus hiſce extantibus, proauia Monpenſerij repudiaſſet hæreditatem Bolonienſium Comitum & Aruernorum , pacto dotali contracto cum Lodoico Borbonio.1. Montiſpenſerij Comite, proauo materno Monpenſerij Ducis.

Areſta duo Die.19.Ianuar. & 2.Martij An. 1574.ſecūdùm peremptionem inſtantiæ.

Blois.

Memini Thuanum Præſidem ſummum, perorata huius Claromontanæ cauſæ actione, fidem feciſſe veteris illius Senatuſconſulti de Bleſorum Comitatu , dixiſſeque, ob peremptam inſtantiam Regem obtinuiſſe Comitatum.

3 Prӕter hæc videndum,an admitti debeat fori præſcriptio à Ruſticis oppoſita actori,iudicio iam conteſtato:Sed magis eſt, vt ea recipiatur,quamque præſumptum erit ab Agricola omiſſam fuiſſe probabili Iuris imperitia.Speculat.in §.1.verſ.Sed nunquid Tit.de Compet. Iudic.aditione Angel.in l.vlt.Cod.de Except.Afflictus exactè in Conſtitut.Neapolit.De reuocandis tranſeuntibus ad alienam habitationē. Hoc tamen cum aliqua moderatione definire placuit.Si enim Ruſticanus peritorum copiam habuerit,qui ei conſilium impertirent,putat Iaſon,actione cōteſtata,nullam ei fori exceptionem ſuperfore. In l. Si conuenerit ff De Iuriſd.omn.iud. Quod & verius eſt, niſi ex certis cauſis Ruricola Principali reſcripto adiuuetur. Hoc enim plenius multò exiſtit vberiúſque, quàm Iudicantis officium. Ex Franc.Ripenſi, in Tract.De Peſte.

4 Colonvs prædiorum iudicio petitorio conuētus nominauit dominum,à quo fundum conductum habebat:Quæritur,an ipſe adhuc cogendus ſit, illum conductionis auctorem iuris experiundi cauſa vocare,aut periculo ſuo in lite manere. Senatus de eo aditus,colonum qui ſe-

qui ſemel nomine indicarat auctorem, foro & lite exemit. 9. Cal. Octob. An. 1563. Fonteneo, Lamberti coloni, Deſporta, Karoli *de Monblaru*, cauſam agentibus. Atque ita interpretationem ſumpſit ambigua Conſtantini Imp. l.2.Cod.vbi in rem actio, Et Innocentij.3. reſcriptum in Cap. Quoniam frequenter Vt lit. non conteſ. Quamuis gloza Cap. prædicti in contrariam procliuior ſit ſententiam.

Areſtum Die. 23. Septēb. An. 1563. Colonum ſola nominatione domini lite eximi petitoria.

PARS II. DE ORDINATORIIS IVDICIORVM.

De Reſtitutione Ruſtici hominis in lite inſtruenda.

CAP. I.

1 LITE conteſtata, pergamus ad eam ordinandam. Aduocatus Ruſtici in diſceptationibus ſcriptis aliquid cōfeſſus eſt per errorem, quod illius cauſæ officiat: Certè aduerſus errorem aduocati ſcriptionibus adhibitum reſtituitur Agricola quolibet tempore. Quia Iuris coniectura cenſetur Ruſticus ob inſcitiam non improbaſſe huiuſmodi confeſſionem. Bald. in Cap. vlt. De Confeſ. & in Cap. Si cautio De fide Inſtrum. Communiter autem clienti ōbeſt aduocati cōfeſſio, niſi ex cōtinenti reuocata. l.1.&.2.Cod. de Errore Aduocat. Notat. in l. Error Cod. de Iur. & fac. ignor. Vicanus item ad opponendas aduerſario exceptiones quæ perimant negotium, admittitur poſt Sententiam, Principali auxilio Codicillari. Bartol. in l. vn. Num. 10. Cod. de iur. & fac. ignor. Atque adeò quod ad Ruſticos pertinet, generatim Magiſtratibus reſcriptū eſt à Gratian. & Valentin. Impp. vt eorum maximam in iudiciis habeant rationem, nec cautionibus dicam an captionibus forenſibus circumuentos patiantur. l. in defenſoribus Cod. de Defenſor. ciuit. Inde etiam Ruricolæ verba naturaliter intelligi ac ſimpliciter debent craſſa Minerua, vt diſpoſitio effectum ſortiatur. Accur. & Bartol. in l. ſtipulatio §. hæc quoque D. de verb. oblig. Abbas in Cap. quoties De teſtib. Bald. in l. vn. Cod. De confeſſ.

A Præparatorus, ad Ordinatoria lius.

Exceptiones peremptoriæ Reſcripto admiſſæ poſt Sētentiam.

2 AD hæc, gradatim teſtificationibus litem inſtruenti humanè agendum eſt cum Ruſtico teſte, qui pugnantia teſtimonia tulerit, quum is excuſetur à præſumpta falſitate. Matthæus diſertè in Conſtitut. Neapolit. de Reuocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem. Multis tamen contrà videtur, quin & vacillantem Ruricolam torqueri poſſe. l. §. ſi verò ignoti In Authen. De Teſtib. Ioan. Andr. in Cap. Cùm Iohannes eremita De fid. inſtrum. Bald. in l. Scripturæ Cod. eod. Tit. & Iaſ. in l. Si quis id quod ꝑ. De Iuriſdict. omn. Iud. At prudens & circumſpectus Iudex ex ſententia animi ſui æſtimabit, qualis ſit Ruſticus teſtis, & quale negotium in quo titubarit nutaueritve ipſius teſtimonium, vt quid credat, aut parum probatum ſibi opinetur, ſolertiùs exploret.

Gallica necnō Obſeruatione milites baronéſque torqueri poſſunt. Fab. in Tract. Quęſtion. ſeu Tortur. contra l. Milites & l. Dino Marco Cod. de Quęſt. Vnde Clemēs de Ruellec in Supr. Curia aduocatus cùm has leges Imperiales allegaſſet in foro, ne de Argentonio equite quęſtio haberetur, Stephanus Gran-

Plurimùm enim, in re teſtibus inquirenda, cognitionis ſubtilis diligentia adfert. Nam & ex ſermone, & ex eo qua quis conſtantia, qua trepidatione quis dicat, vel cuius exiſtimationis quiſque apud ſuos contribules ſit, pleraque ad excutiendam veritatem in lucem emergunt. Vt acutè diſſerit Arcadius Chariſius lib. ſingulari de Teſtib. in l. De Minore In fin. ꝟ. de Quæſtion. ſecundùm Ciceronem In Orat. Pro Sylla.

gia Præſes indixit et biēniū, hoc adiecto, Comitibus Francis tormenta poſſe adhiberi. An. 1385 Ex Ioan. Gallo. quæſt. 46.

Conſule Baldum In Cap. In nomine domini De Teſtib. ſuper eo, an Agricolæ vel cenſiti efficaciter teſtimonium perhibeāt in cauſa domini. Cōſuetudine Armorica non admittuntur ſubditi pro dom. Iuridico, niſi in probatione reditus annui. Artic. 361. Idem Neapolit. moribus, Matthæus in Tit. de pugnis ſublatis.

L. vn. Cod. Vt nullus ex Vicaneis Lib. xi. Cod.

3 In conſultationem collatum eſt de Vicano quodam in ius adducto, vt teſtificaretur in cauſa totius ſui Vici aut Pagi, quid iuris? Singuli quidem Pagani inteſtabiles ſunt in negotio vniuerſitatis ac corporis, ſiquidem litis euentus ſpectet Vicanos vniuerſos, tanquam ſingulos, ſeu recidat in commodum aut detrimentum ſingulorum: Putà, ius paſcēdi pecoris in regio nemore à Vicanis ſeu municipibus vindicatū: Idémque dicendum, ſi pro iudicato faciundo nullum Vico pagano ſuppetat commune ærarium, ſed Villicis ſigillatim æs collatitium in eam rem imponendum ſit. Caſtrenſ. in l. Sicut. D. Quod cuiuſque vniuerſ. nom. Quanquam vnus ex Vicaneis, ſua parte ſoluta, pro alienis vicaneorum debitis non tenetur, Zenonis Auguſti conſtitutione. At ſi controuerſum ius ad Vicanos pertineat, tanquam vniuerſos duntaxat, neque redundet in ſingulorum emolumentum, ſiue Parœcia ipſa vel parœciaci templi Fabrica nummis inſtructa ſit communibus, ad res communes tractandas, reſponderetur ex hoc facto nil proponi, cur ruſticus quiſque particulatim à ferendo teſtimonio repellatur. Bald. in cap. inſuper De Teſtib. Faber in l. intantùm §. vniuerſitatis ꝟ. de Rer. Diuiſ. Cyn. in l. omnibus Cod. de Teſtib.

Ruſticus ad Teſtes proferendos apud iudicem reſtituitur poſt editionem inquiſitionum.

4 Nec prætermittendum, Ruricolis peculiariter licitum eſſe teſtes in ius proferre poſt editionem inquiſitionum, (quam Forenſes publicationem teſtimoniorum vocant) dummodò in eam cauſam ſacri oraculi ſuffragium implorarint. Quod ad fœminas itidem producit Guliel. Cugn. in l. 1. §. nuntiatio ꝟ. de Noui Oper. nūtiat. Iaſ. in l. 1. §. edenda ꝟ. de Eden. Salyc. in l. 2. Cod. de Iur. & fac. ignor. Sed iſtud temperamento quodam adhibito ſeruandum eſt, ſi quidem Ruſticus de præſcriptis hiſce iudiciorum formulis conſulere nō potuerit Iuriſperitos: Ceſſante hoc caſu, æquitas non patitur, Ruſticanum, poſt nudata vtriuſque intima & arcana negotij aperta, callidè ad teſtium inquiſitiones confugere, ac velut extremis morbis extrema applicata remedia tentare. Ex theoria Bart. in cita. §. Nūtiatio Bald. in l. iuris Cod. Qui admitti. Gloz. in 30. Diſtinc. §. 1. & 2. quæſt. 4. §. vlt. Deciſio. Gratianopol. 124.

An contra hæredem Ruricolæ tutoris iuretur in litem.

5 Probationes rurſus eruuntur ex iureiurando in litem, quod certè aduerſus Colonam viduam, & Villicum hæredem tutoris non defertur in tutelari cauſa, etſi contra defunctum iurari potuiſſet in litem. Atqui hoc ipſum in qualicumque tutoris hærede obſeruatur eodem mo-

dem modo, niſi cum tutore viuo iudicium acceptum ſit & conteſtatum: Tunc enim contra hæredem aut viduam admitti iuſiurandum in litem, Reſcripto declaratur Gordiani Imp. l. alio Cod. de in lit. Iur. Cui aptè cohæret placitum Curiæ. 3. Nonas Quintiles. An. 1566. Dauide & Fonteneo cauſam agentibus. Ex eo quoque ſciendum obiter, hæredem rei criminis nulla teneri actione pecuniaria, vel perſecutoria quidem eius quod interſit, nedùm pœnę crimini indictę, niſi aut actio priùs cum defuncto conteſtata, aut bonorum raptorum furti uè mota fuiſſet accuſatio, ex quo locupletior ad heredem peruenerit hæreditas: ne in alterius præmium vertatur alienum ſcelus, & cum alieno diſpendio facultatibus impunè quis augeatur. Atque ita obtinui forenſi actione pro hæredibus delinquentis, Hamelio, contrà, accuſatoris cauſam orante, in auditorio Quæſtionum. Senatus decreto. 3. Cal. Maias An. 1571. De quo tamen varias fuiſſe olim doctiſſimorum hominum ac diſcrepãtes ſententias, indicio eſt vetus Senatuſconſultum Pariſiẽſe à Fabro citatum in §. vlt. Inſtit. De Perpet. & tempor. action. Patres enim tum decreuêre, ſceleris auctore mortuo, antequã in reorum numerum referretur, nihilo ſeciùs nummariam perſecutionem eius quod interſit, accuſatori competere in hęredem, eóque damnato, id quod intereſt, ſeu damni æſtimationem ex bonis defuncti reſtitui: Iuxta Pontificiam æquitatem in Cap. vlt. De Raptor.

Areſtum Curiæ Die. 5. Iulij An. 1566. de iureiurando in litem contra tutores.

Iudicium Curiæ Pariſien. Die. 19. April. An. 1571. In Tornella Parlamenti Pariſien.

Vetus Placitũ Curiæ Pariſiẽſis De pecuniaria criminis perſecutione in hæredẽ criminoſi, licet antea non delati inter reos.

De Inſtrumentis litium apud Acta prolatis.

CAP. 2.

1 MATVRE litẽ inſtructã proferamus apud acta. Ruſtico apud acta deponẽti litis inſtrumẽta, quæ inuicẽ pugnent, liberũ eſt eadem ad ſe reuocare: cùm Ruſticanæ ſimplicitati nonnihil ſit indulgẽdũ, opinione Baldi in l. Scripturæ Cod. de Fid. inſtrument. A quo tamen longè diſſentit Salycetus ibidem, hac ratione ſuffultus, quòd nemo poſſit fidem ſemel Iudici factam, & qua ſemel imbutus eſt, perſuaſionem auferre. Felyn. in Cap. imputari De fid. inſtrum. Nam ſimul ac litis inſtrumentum in ſacculis per Iudicem deſcriptum eſt, hinc reuocare gradum non licet ampliùs, nec ſacculos litis inſcriptos retinere: Sed retinens quaſi communes ambarum partium tabulas denuò exhibere compellitur: Ex Vſu inſtitutóque fori Gallici, de quo Vidus Papa, Deciſ. Delphinal. 243.

Teſtium Inquiſitionibus ſuccedunt productiones Inſtrumentorũ.

2 PROPONE item, *Statuto* cautum eſſe, inutilem fore honorariam arbitrorum ſententiam, niſi litis inſtrumenta depoſita fuerint apud acta intra diem octauum: Vtrum Agricola in integrum reſtituetur, ſi quando intra tempora *Statuto* præſcriptà nõ protulerit litium copias apud Actuarium, cauſatus vel iuris imperitiam, vel negligẽtiam aduocati? Minimè verò, ait Baldus In verbo Concordia, num. 3. in Lib. Statutorum. In iis enim, quæ ad diſtrictam Iudiciorum formam pertinent, Ruſticitas non attenditur, ſeu muliebris ſexus imbecillitas. l. Quamuis

Dies eſt pars compromiſſi, vel alterius actus, cui adijcitur l. diẽ proferre ff. De Arbit. l. 1. §. diem ff. De Eden.

Cod. Ad Turpil. l. Properandum §. vlt. Cod. de Iudic. l. Si tibi §. quædam ff. de Pact. l. 2. Cod. de Abolition.

PARTIS III. DE LITIS DECISORIIS.

CAP. I.

Ruſticos interdum ad Iudicandi munus admittendos videri.

TERTIVM eſt à nobis propoſitum De litis Deciſoriis, iudicandíque parte poſtrema, in qua Ruſticitati quodammodò leges gratificantur. Ac primùm (vt à Iudicibus ipſis Ruſticarúmque arbitris contentionum exordiamur) in Germania, qui Ruri pagatim villatimque habitant, viros ſinguli Pagi inter ſe eligunt, duos aut quatuor, quos Ruſticorum magiſtros appellant: Controuerſiarum illi contractuumque ſequeſtres ſunt ac diſceptatores, *Sculteti* etiam ſeu Pagorum præfectis Rempub. adminiſtrantibus. Vt eſt apud Ioan. Bohemum Teuton. Sed & vetera memoria repetenti Numa Pompilius videbitur prudenter vniuerſum Agrum in Pagos diuiſiſſe, & ſuum cuique magiſtrum, qui eum obiret atque curaret, præpoſuiſſe. Nam hi Rurales magiſtri dum ſæpiùs luſtrarent omnia, ſegnes colonos obiurgatione, & mulcta nónunquam caſtigabant: induſtrios verò collaudatos ſumma comitate proſequebantur, inter eóſque ius dicebant. Vti à Dionyſio literis mandatum eſt. Antiquit. lib. 2. Hiſdem veſtigiis deinde certi prædiorum arbitri extitère in Agro Romano; periti iuris prædiatorij, ſeu prædiales ad res pertinentis. Sicuti Apuleius ille, de quo M. Tullius ad Atticum lib. 12. & Furius ac Caſellius prædiatores, ad quos Scæuola augur de iure prędiatorio conſultus ſuos reiecit conſultores. Eius prædiatoriæ legis facta mentio eſt in Claudio Tranquilli, Cap. 9. Vt legis prædiorum vendendorum, à Pomponio in l. vltimum ff. De ſepul. viol. Nec abſimiliter de aqua per agros ducenda Cicero conſuluiſſe ſe dicit M. Tugionem potiùs, ea in re exercitatum, quàm C. Aquilium I. C. In Orat. pro Cornel. Balbo. Vbi de aqua ſua Tuſculana. Atque adeò veteres Ciuilis Scientię profeſſores Ruſticorum conſilium exquirebant, ac crebriùs ſecundùm eorum ſententias pronuntiabant, ſi quæ controuerſiæ ad rem Agrariam ſpectantes emergerent. Vt notat Celſus. l. C. leg. 79. De legat. 3. 1

Germanicus mos in creãdis Ruſticorum Iudicibus.

Lege Numæ Roman. regis Ager in Pagos diuiſus, datis Ruſticorũ iudicibus: Ita ſanctione Dionyſij Rom. Pontif. Ager Chriſtianus totus in Parœcias & Vicos parœciacos diſtributus eſt diſtinctè. Exin Decani Rurales, iudices Parochorum, ſeu Ruſticorũ ſacerdotum. Cã. 1. 13. quæſt. 1. Cap Paſtoralis Dehis quæ fiũt à prælat. ſin. conſ.

EVNDEMQVE morem non modò cæteræ Nationes imitatæ ſunt, verùm in Pannonia quoque Ruſtici ipſi Præfectos ſibi creare vicatim conſueuêre, quos Pagorum præpoſitos appellarunt. Ex Bonfinio in vita Belæ Hunnorum regis. Quum enim Hungarici populi Ordines tres initio fuerint conſtituti, Sacerdotes, Milites, Agricolæ, hi ſeorſùm in Pagos conuentúſque diuiſi ſunt, quos Comitatus nuncupatos fuiſſe memorat, Rer. Vngaric. Dec. 1. Lib. 1. Nec minùs Hungaris finitimi 2

Turcæ

Turcæ Ruſtici inter conuicanos ſuos præſunt iuriſdictioni viciſſim, ſunt hi Pagorum ſuorum arbitri ac diſceptatores primarij : à quibus deinceps prouocatur ad Cadileſqueros, Turcicos appellationum iudices, vti à Poſtello refertur De Repub. Turc. Ac ne longiùs in exteras Regiones excurram, haud malè ſuaſit Plato, litigantium controuerſias à vicinis & tribulibus dirimi, ſeu quos litis arbitros partes delegiſſent. Exhinc ſinguli Heluetiorum Pagi accipiuntur à Iul. Cæſare pro toto Iuriſdictionis tractu, Lib. 1. Bel. Gall.

> Turcarum Ruſticorum iudices.

> Iul Cæſaris ætate Heluetia in 4. tantùm erat diuiſa Pagos, nunc 10. 13. vulgò cātones. De quibus Nos lib. 3. De Domanio Frāciæ. Tit. 6.

3 ADDVCAMVS huc, ſi placet, *Statuta* locorum, quibus ſoli genere nobiles aſſumantur in iudicum ac Sapientum collegium : qualia multa apud Italos edita ſunt. Non vtique à nobilitate abſunt ij, neque à Collegio arcendi, qui rem Ruſticam in ſuo prædio exerceant, ſi ad ea reſpiciamus, quæ de Agriculturæ laudibus ſparſim decantantur. Quinimo petitæ Ædilitatis repulſam paſſus fertur Scipio Naſica, quòd adoleſcentulum competitorem, cui erant Ruſtico opere duratæ manus, quaſi illudens interrogaſſet, nũquid manibus incederet. Vnde Pax Scala I. C. Patauinus grauiſſimè ſcripſit, Ruricolas etiam *Statuti* illius Italici mente contineri, tanquam idoneos habileſque ad obeundum iudicandi munus, vel aſſeſſoris, Sapientiſve, cuius conſilium forenſibus cauſis erat adhibendum. Lib. 1. de Conſil. Sapient. in forenſ. cauſ. adhib. Cap. 7. Quùm & Sapientis titulo Agricolam Plato de Sciẽtia exornarit.

> Multis Statutis Italiæ, ſententia ferenda non eſt, niſi requiſito Sapientis cōſilio. Specul. In Tit. De Requiſitione Cōſilij.

4 HAVD diſpari ratione Clericus in Agricultura occupatus non amittit Clericorũ beneficiũ, quaſi vili plebeióque opere, Ordinique indecoro. Speculat. in Tit. de Cler. Cõiug. verſ. verumtamen non prohibeo Can. Clericus victum. 91. Diſtinct. Sic auitæ nobilitatis iure non priuatur, qui manibus propriis in ſuo prædio elaborarit. Nec tali ſtemmate natalitio clari tenentur cõtribuere plebeiis Delphinatiũ indictionibus: quod à Vido Papa lucidè explanatur. Deciſ. Gratianopol. 41. & 396. Quanto enim prudentiùs hi, quàm Neapolitani nobiles, nulli rei gerendæ, ſed inerti otio intenti, ſedendo, atque oſcitando ex ſuis poſſeſſionibus victitantes? Quùm enim iſti nobilitatis decus in ignauia ac deſidia collocent, nefas eſſe ducunt generoſo viro, in Agris operari, aut rationibus ſuis cognoſcendis operam dare. Pernicioſiùs adhuc Germani ortu illuſtres, quibus etſi cenſus patrimonij victum abundè ſuppeditet, eorum magna pars latrociniis deditur, vt non alios natalibus claros exiſtiment, quàm prædonum more vbique graſſantes: De quibus omnibus diligenter Poggius Florentin. in lib. de Nobilitate. Meliùs ſanè Veneti, inter quos nobilitas licet ab reliquo populo diſtincta ſit, mercaturam omnis exercet, ea necnon, quæ Equeſtris ordinis inſignibus decoratur: quantumvis negotiatio gentilitiæ dignitatis ſplendorem minuere exiſtimetur. Apud eundem.

> De moribus autem Gallicæ nobilitatis à nobis ſupraſcriptũ eſt lib. 2. Cæterũ quidem non derogant honeſtæ actiones, aliæ quàm militares, Putà, iudicandi munus aut Patrocinij ferendi in regio Foro. Ita iudicatum Areſto ſacri Conſilij Regij pro nobilibus Rhedonenſis ciuitatis Armoricæ, qui aduocationis iudicũ ve officio fũgebãtur. Die. 4. Mart. An. 1547.

5 AVDIANT ergo Ruſticorum irriſores Xenophontem in Oe-

Agricultura non minus dignitatem, niſi ſordide illa tractetur à vilibus & abiectis.

conomicis, Agricolationẽ vel ab honeſtioribus magnopeteque potentibus eſſe recipiendam. Hac enim vigilantiam quandam patati & animi voluptatem aſſetit, inſuper augmentum exetcitationemque cotporis, quantam homini libero fas eſt: At fructibus quoque ipſius partim veſcimut, partim Deorum atas extruimus, partimque ex cotonarum odorúmque oblectatione iucunditatem excipimus, fœtus alios nutriendo, alios ptoducendo. Quanquam autem virtutis ac vitæ magiſter ingenuæ eſt cunctis hominibus Ager (Auct. Stobæo) Ego certè Ruſticas Operas hoc caſu non probarim noſtris præſertim tempotibus, ſi in iis occupati, adeo ſordidè, nullâque dignitatis ratione habita, ſe exetceant, vt in ſeruile officium incidere videantur, iuxta Saluſtij dictum in proœmio Cōiurat. Catilin. Ita nempe abiecto animo ruſticantes, vt ab vrbanis negotiis, ſi quando eorum Reſpub. egeret induſtria, non minùs abhorreant, ſequè è ciuium conſpectu ſubtrahant, quàm à ſolari nitore talpæ ac veſpettiliones. Quale hominum genus ſordidè Ruſticantium, patiemur nè in honeſtiſſimum Sapientum collegium cooptari? At floruerũt Romæ prętet vrbanas Tribus Ruſticæ, à quibus etiam trãſite ad vrbanas Romano ciui probro dabatur.

Ruſticę Tribus Romæ.

Tantùm abfuit, vt Ruſticarum Tribuum viri graues à ciuilibus muneribus communique hominum inter ipſos ſocietate abſtinerent. Non equidem inficior, Vicanis ademptum eſſe communiter honorum ius in Decurionum Vrbanorũ Collegio, Vrbiſque illius Ædilitatem, cui Ruſticanus eiuſmodi vicus reſpondet. De quo Burdegalenſe extat Senatuſconſultum .7. Idus Septemb. An. 1536. pro ciuibus Villanouani oppidi, in Paganos eiuſdem territorij. Apud Boerium, Deciſ. Burdegal. 272. ex opinione Angeli in §.1. in Autent. de defenſor. ciuit. Sed hoc ideo iudiciis deciſum fuit in Ruſticos, quia Oppidanorum cauſam tuebatur ius ſingulare quoddam iis ptiuatim datum ab Alphonſo Pictonum & Tholoſatium Comite An. 1270. ne cui Ædilitia vrbis curatio aut Præfecturæ vrbicæ munus defettetur, niſi qui ex eadem Ciuitate traxiſſet origínem, eiúſque intra mœnia ſedẽ ac domicilium conſtituiſſet. In cæteris igitut, eum qui non abiectè in Ruſticis rebus ſic oblectat ſeſe, vt & dignitatem haud omittat, & operam ſuam à ciuibus ſuis minimè ſinat deſiderari, nunquam ego à Iutiſperitorum ordine, de quo prædictis *Statutis* cautum eſt, teiiciendum eſſe arbittabor.

Decretum Senatus Burdegalenſis Die. 7. Septemb. An. 1536. de tituli munere Scabinorum vrbis, Origionario tãtùm ciuique habitatori cõmunicando.

Alphonſus frater S. Lodouici Gallię regis.

Eorum, quæ quiſque nouit, eſt æquiſſimus iudex, ſecundũ Ariſtot. 1. Et hic. Hinc poetæ verſu, Nauita de ventis, de tauris narrat arator, Enumerat miles vulnera, paſtor oues.

CÆTERIS verò Ruſticis inuicem, Ruſticæ ſaltem contentiones Agrariæ haud-abſurdiùs committuntur diſceptandæ, quàm metcatoriæ mercatoribus Lege Veneta, (apud Contarenum de Magiſtrat. Venet.) aut de Sodalitiis artificum, controuerſiæ Sodalibus ipſis, eiuſdemque corporis ac ſocietatis Magiſtris. Lege Alexandri Seueri, apud Lamprid. Nam & Athenis ſpeciales iudices metcatoribus decreti ſunt Sexuiri, quos de mercatoriis actionibus iudicia exercere ſolitos affirmat Demoſthen. in Orat. aduerſus Apaturium. Nec ideò 6

temerè

temerè Ruſtici cognoſcere poſſunt de controuerſiis rem Agrariam ſpectantibus, quarum peritiam ipſi habent. Ex Quintiliano, Inſtitut. Orator. Lib. 1. Cap. 1. Cuiuſmodi & bubulcus ille Iudex, de quo Iuuenalis, Satyra. 7.

Surgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate, bubulco
Iudice.

Sic apud Theocritum de bucolici carminis palma deligitur arbiter diſceptatorque Æpolus caprarius inter Menalcam opilionẽ, & Daphnidem bubſequam. Rurſus inter Deas de formæ præſtantia contendẽtes Iudicẽ dedit Iuppiter opilionẽ Ruſticanum, qui ab Apuleio refertur, Aſini aurei Lib. 10. Præterea Maronis poëſi conſtat, Dametam & Menalcã paſtores de eruditione ac præcellentia ingenij certaſſe, qui idcircò Palæmonẽ vicinum compaſtorẽ ſumpſerint arbitrum. Sed hic verè etiã Ruſticani, i. *μεσόδικον iudicis partes egit. Nec enim alterutri litẽ ceu palmam adiudicauit, aſt velut mediũ feriens, eos iudicauit pares, ac victorẽ vtrumque pronuntiauit. In ſumma Fabij Quintil. teſtimonio, Iudicem plerumque rura in Decurias mittebant, de eo pronuntiaturum quod intellexerat. Lib. 4. Cap. 2.

*per mediom diuidentis. lox. ta Glox. l. Neſennius ꝥ. de Negot geſt.

5 NOSTRATE autem Francorum inſtituto delata eſt iuriſdictio Dominis vicani Territorij, qui Vicanis ſubditis ius reddũt ſolida poteſtate: præterquam in limitaneo Galliæ fundo Belgico ſeu Picardo, vbi è media plebe ſelecti Maior Pręfectus & Decuriones (vulgò appellati *les Maieurs & Pers du Village*) iudicandi munere funguntur. Alibi quoque de modo Agrorum arbitri dantur à iudicibus Ruricolæ, ſecũdùm Modeſtinum lib. 10. πανδεκτῶν in l. de modo ꝥ. fin. reg. Et ad officium de finibus cognoſcentis pertinet, menſores mittere, ac per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, aut finibus regundis arbitrum adigere. Ex Vlpiano lib. 6. De officio proconſulis in l. Si irruptione ꝥ. fin. regund. Idemque non obſcurè notauit Cicero in Topic. Quò alludit Terentianus ille in Heautontimor. quem Simo & Crito vicini ideò cœpêre arbitrum, quia de finibus ambigebant. Sed vlteriùs deinceps progreſſæ ſunt Georgicæ leges Conſtant. Hermenopuli, vt ſi duo quidam de termino & aruo pugnarent, Iudex, cognitionẽ interpoſita, pluribus annis poſſidentem abſolueret: Sinautem terminus eſſet antiquus, antiqua poſſeſſio inconcuſſa permaneret. Vnde tantùm excipitur quinque pedum poſſeſſio, quorum ſpatium inter vicinorum prædia conſtitutis finibus relinquebatur Lege duodecim Tabul. quo ire, agere vtérque dominus poſſet, item vt circumuerti aratrum, facto eatenùs ſulco, valeret. Hoc ſpatium vſucapi eadem lege prohibetur, nullaque temporis præſcriptione ab eo vicinus depellitur. Ex quo prodita Imperialis ſanctio Valent. Theod. & Arcad. Auggg. Quinque pedum Cod. fini. regund. Cæterùm M. Varro, vt litium ex finibus materiem pręcideret, tradidit, ſine ſeptis fines prædij, ſationis, notis arborũ tutiores fieri: ne

Maire & Eſchevins.

De Gallicarum vrbium decurionibus vide quæ diximus in noſtro Opere de Domanio Franciæ, cum noſtris Annotationibus ibidem.

Lege Karoli Mag. Peruaſor finium aliorum, tantum ſpatij reſtituere debet quantum præſumpſit inuadere, cum fructibus duplis. Lib. 7. Capitul. Karoli Cap. 116.

Georgicæ Leges.

De quinque pedum Præſcriptione.

Frontinus omnes limites ſecundùm legem colonicam itineri publico ſeruire debere ſcribit In Lib. de Limitib. Agror. Atque ita interpretamur l. qui tabulam D. Ad l. Iul. peculat.

familiæ rixentur cum vicinis,ac limites ex litibus Iudicem quærant. De re ruſt. Lib.1.Cap.15. Antiquitùs etiam limitati publicè agri fuêre, id eſt,limitibus inſtitutis per centurias diuiſi:Quorum formæ Agrorum modum cuiuſque centuriæ ac limitum complectentes, æneis tabulis ad æternitatem fixis inſcribi conſueuerant, tollendæ in poſterû omnis cõtrouerſiæ cauſa.Vt docet Sicul.Flaccus lib.1. De Condition. agror. Ex his enim æris tabulis,quibus Agrorû formæ inſcribebantur, lites de ipſorum modo finibúſque decidebantur. Licet autem diuiſorum & adſignatorum formæ Agrorum in tabulas referrentur,tamẽ in occupatoriis Agris,i.quos pulſis veteribus poſſeſſoribus, victor populus occuparat,nullum æs,nulla forma extitit,quæ publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimoniû redderet.Vt idem Siculus memoriæ prodidit.

Quibus legibus vtendum in decidendis Agreſtium controuerſiis.

CAP. 2.

Nullæ ſunt Ruſticis priuatim ſcriptæ leges & conſuetudines ſpeciales, quibus eorum forenſes controuerſiæ decidantur, niſi in paucis caſib' generali Lege exceptis.

CONSTITVTIS iudicibus rerum Ruſticarum,cedo, quibus vtemur legibus in iudicando? Nonne Ruſticorum legibus? Specialiter enim receptum eſt, Agricolarum conſuetudinem aliquando Iuri communi derogare,ex Iuſtiniano in L.vlt.Cod.de Teſtam.Imprimíſque veterem legem prædij Ruſtici moreſque vtentium ſeruandos præſcribit Vlpianus lib.6.Opinionum in l.Venditor §. conſtat D.commun.prædior. Valẽtin.& Valens Impp.in l.Domini prędiorû Cod.de Agric.& cenſit.Lib.11.Iuxta quos generatim cenſuit Baldus, vetuſtum Ruſticorum morem ab eo ſequendum eſſe,qui pręſit iuri dicundo.In l.Si certis annis Cod. de Pact. Iaſon in cita.l.vlt.Cod.de Teſtamen. 1

SED verius eſt, Agricolæ negari condendæ priuatæ legis poteſtatem,aut Conſuetudinis inducendæ,niſi in caſibus particulatim expreſſis Iure Ciuili Patrio: cui alioquin, & generalibus eius Ciuitatis, cui ſubſunt Vicani, legibus iidem ſubiiciuntur.Speculat.in §. cõpendioſe Tit.de Inſtrum.edit. Bald.in Authent. defuncto Cod.ad Tertul.Quæ ſententia reſponſo Vlpiani videtur comprobari.lib. 61.ad Edictum,in l.Qui ex vico ortus eſt,eam Patriam intelligitur habere,cui Reipub.vicus ille reſpondet D. ad Municip. Nec ab his longè recedit priſca Lex Regni Francici,mandata literis à Petro Fonteneo magiſtro libellorum ſupplicum in Regia D.Ludouici, cuius verbis ita cautum eſt. *Vilains ne puet fauſer le iugement ſon ſeigneur,ne de ſes homes,s'il n'eſt guarnyz de loy priuée,parquoy il le puiſt faire.* In lib. *Li Liures la reigne & enſeigne droict, à faire & Iuſtice à tenir treſeſpeciaument.* 2

Priſca Lex Regni Francici.

De Quæſtionibus Ruſticorum Pactorum, Teſtamentorum, Rei iudiciariæ, Criminum, Sententia terminatis.

De Emphyteuſi.

CAP. 3.

CAP. 3.

1 VDICATVRO quatuor in ſumma proponuntur, è toto Iure Romano, de quibus Sentẽtiam ferat. Cõtractus vel quaſi, Iudicia, Teſtamẽta & inteſtatorum hęreditates, Maleficia vel quaſi: In quibus omnibus Ius Ciuile priuatũ fermè conſiſtit. Sed quia vulgares iudiciorũ formulas ordinationemq́ue ſuperiùs diſcuſſimus, reliqua iam, prout rebus iudicatis definiũtur, ſecundùm Ruſticos, ordine diſtinctéque abſoluamus.

Quatuor ſummis partibus Ius Ciuile priuatum conſtat.

ATQVE vt à contractibus auſpicemur, lecta eſt in auditorio Senatus Pariſienſis cautio huiuſmodi. Sempronius & Meuia vxor fundum Titianum colendũ accipiunt lege emphyteutica PRO SE ET EORVM FILIIS. Poſtularũt vxoris liberi ex alio matrimonio, ſibi addici à iudice Emphyteutici Agri portionem. Id ius eſt necne? Decernitur ius eſſe. Dubitationis cardo hic erat, quòd de iis duntaxat filiis ſenſiſſe coniuges ea ſtipulatione videantur, qui ex vtroque vel tunc tẽporis progeniti, vel gignendi eſſent, non de iis quos mulier ex alio procrearit. Vt ab Vlpiano monemur lib. 8. Ad Leg. Iuliam & Papiam in l. Si vir vxori & l. Cùm vir. ff. de Condit. & Demonſt. Nec enim veriſimile eſt, conuentione illa teneri alterum maritum eiuſq́ue filios, qui eodem inſtrumento ſe non adſtrinxerint annuo canoni penſitando, neque ad futura porrigitur cuiuſuis obligationis vinculum: huiuſce multò minùs, in qua probabiliter non fuit de ſecundis nupriis cogitatum.

Emphyteuſis à Meuio & vxore accepta pro ſe & liberis protenditur ad liberos etiam ex ſecundo coniugio natos vel naſcituros.

2 NOS verò in contrariã ſententiã deducunt validiores rationes: Quia verbis Ἐμφυτεύσεως cõiunx vterque ſigillatim poſteris ſuis quibuſlibet cenſeatur proſpectũ voluiſſe, ac pietatis cõiectura conſulrũ. Vt Baldus docet in Authent. qui tem Cod. de Sacroſ. eccleſ. Socyn. in d. l. Cùm vir. A quo non abhorret Papiniani reſponſum lib. 9. Reſponſ. in l. Cùm auus ff. De condit. & demõſtrat. L. Cùm acutiſſimi Cod. de fideicom. Eidémque naturæ iudicio Leges Feudorũ aptantur, vt decedẽte feudataria, liberis extantibus ex multiplici coniugio, hi omnes æquo iure ſuccedãt in fundũ beneficiarium. Cap. 1. De Grad. ſucceſ. In Feud. Et §. mulier Si de feud. fuer. controuer. inter Domin. & Agnat. Niſi aliud ſpeciali Regionis conſuetudine introductũ ſit, vel intuitu primarum nuptiarũ Feudum fuerit acquiſitũ. Qua in ſpecie, priores liberi ſoli res cliẽtelares materna hęreditate adipiſcuntur. Argum. l. Sed ſi plures §. in adrogato ff. de vulg. & pupill. l. 1. §. id quod ff. de Collat. Bonor. In hũc ſenſum Placito Curiæ decretũ eſt in illa emphyteutica lite, pro vxoris emphyteutæ liberis alio matrimonio editis. Sicuti Iohannes Lõgolius cõmemorat ſenator clariſſimus, in Miſcellaneis Areſtorũ ſuæ tẽpeſtatis, quibus ille non interfuerat modò, ſed & præfuerat aliquãdo, quæq́; is ſumma fide ac diligẽtia dietim notata in domeſticos cõmentarios referebat. Hæc quidẽ de oneroſa viuorum, ſecus de gratuita & munifica moriẽtis diſpoſitione Teſtamẽtaria vel ſubſtitutione: quę ſi in cõditionẽ deficientiũ liberorũ collata ſit, de iis tãtùm liberis intelligitur, quos ex vxore ita ſubſtituta teſtator ſuſcepetit, non de naſcituris ex ea

Imo & filij ſecundi matrimonij mulieris ſuccedunt, etiam ſtante pacto vel ſtatuto pro filiis primi. Sic Romana Curia iudicauit pro liberis Regis Aragonum ex filia regis Caſtulonenſis, donatariis, in præiudicium primogeniti ex anteriore connubio, quo iam nato, pater Rea ante ſecundas nuptias Statuto vetuerat alienationem rerum immobilium Regni, niſi vrgente neceſſitate publica, & exceptis inclytis infantibus natis. Alberic. In l. vlt. Cod. De donat. Boëri. Deciſ. Burdegal. 104.

Subſtitutio vxoris, ſi ſine liberis decedat, pertinet ſolùm ad liberos ex ſubſtituente natos.

Areſtum Parlamenti *de Bordaux*.

alieno cõiugio. Vt S.C. Burdegalẽſi definitũ eſt, Menſe Februar. An. 1535. quod recitat Boërius, Deciſ. 276.

3 QVOD autẽ modò oſtenſum eſt de liberis ſuſceptis ex duplici matris cõnubio, qui & inde fratres vterini appellantur, hoc ita eſt accipiẽdum, vt tamen ſuorũ cuiuſque bonorũ ſucceſſio ipſis inuicẽ ſuperſtitibus adiudicetur, & paterni quidẽ ſingulorũ patrimonij, deficiente paterna propinquorũ linea, ad Fiſcũ videlicet excludẽdũ: quãuis particulari Municipij Iure paterna paternis deferãtur, materna maternis. Areſto Ordinis Clariſſ. An. 1537. in prima claſſe Inquiſitionũ, ex lite Tremolij Reguli, quam Hacqueuilla ſenator collegis ſuis enarrabat. Nam bona vacãtia ſic intelligimus cũ Symmacho Præfecto Vrbi ad Theodoſiũ Imp. vt ſi hæreditas ſcriptũ ſucceſſorẽ vel legitimũ non eſſet ſortita, in Fiſcum tanquã domino nuda cõcederet. Lib. 1. Epiſtol. Quales Ruſtici illius caducæ opes, idcirco Hadriani Auguſti fiſco vindicatæ, quia aduerſus eos, qui hæredes ſe exiſtimabant, iudicatum fuiſſet. Vt ex Senatuſconſulto apparet apud Vlpianum relato lib. 15. ad Edictum in l. Item veniunt §. idem rectè π. de Petit. hæredit.

Placitum Curiæ, deficientibus ex vna linea hæredib⁹, cognatos ex altera præferri fiſco.

4 LEX vectigali prædio dicta erat, vt ſi Ruſticus poſt certum tẽporis domino ſoluere vellet quadringẽtos nummos aureos, hoc modo luitione facta, vectigali annuo liberaretur. Vrgẽtibus dehinc Ruſtici creditoribus, proſcribitur fundus auctione publica: Dominus Agri intercedit auctioni pro ſorte quadringentûm numûm aureorũ. Alij creditores oppugnare interceſſionẽ auctionariam, quòd ex pacto conuento in traditione fundi nulla domino competeret exactio ſummę principalis: cuius nempe ſolutio in meram perpetui coloni voluntatẽ fuerat collata, vt ei quandocunque libuiſſet, liceret pariter ſolario reditu ſe Agrũmque eximere repræſentata pecunia: Hoc vnũ ergo ius interceſſionis legibus proditum eſſe domino ex locatione perpetua, ne fundus palam addiceretur pluris licenti, niſi vectigalis annui lege, quotannis penſitandi. Ego, contrà, forenſi actione pro Domino Arui, vetitũ eſſe Iure municipali, ne debitor prædiarij reditus in perſonãmque obligatus, cedat prædiis vectigali obnoxiis. Igitur prohibita ceſſione vel alienatione aruorum, conſequenter interdictam videri iudiciariam ipſorum addictionem in auctione proſcripta. Nam creditori inuito nec alius pro alio debitor dari poteſt, nec aliud pro alio ſolui. Dominum, in lege fundi, certum ſibi delegiſſe conductorem perpetuum, qui elocati fundi nomine, annuũ ei reditum perſolueret: quoad ipſemet agri poſſeſſor exoneratum ſe voluiſſet annua præſtatione, pacto ære, id eſt, ex eius animi ſententia, quandiu ille idẽ fundum detineret, poſſideret. Nunc verò, inſtante poſſeſſoris mutatione Haſta publica ſecundùm eum qui adiectione alios ſuperarit, cogendum non eſſe dominũ cum nouo emptore conteſtari ſingulis annis de iure ſuo annuáque pẽſitatione, ſed ipſi protinùs nummariam reditus annui æſtimationẽ ſemel exoluendã, ſolariũmque eſſe redimendũ. Curiæ Conſcripti, apud quos hæc aliáque dicebamus, nouum cauſæ huius argumentum conſilio com-

An domiuus prædiarij reditus cum pacto eiuſdem redimendi cõuẽto pretio, poſſit intercedere auctioni publicæ fundi huic ſolario obligati, nõ ad reditum quidem continuandum, ſed illius pretij numeratione redimendum.

Forenſis controuerſia ab Auctore diſceptata in Senatu.

Areſtum Curiæ die. 10. Martij. 1574. *en plaidat du Roole de Paris*.

filio commiſerunt. 3. Kalend. Apriles An. 1574. Daneſio aduerſæ partis aduocato. In Catalogo Cauſarum præfecturæ Pariſienſis.

5 ILLVD relatum pétæque eſt Iure Romano, ſi Ruſticus communis rei partem pro indiuiſo dediſſet hypothecę, diuiſione inita cum ſocio, non vtique eam partem creditori obligatam eſſe, quæ ei obtingit, qui pignori dedit: ſed vtriuſque partem pro indiuiſo ex parte dimidia manere obligatam. At noſtri Senatus prudentia maior (abſit verbo inuidia) ſanctiſſimè decreuit, poſt diuiſionem regionibus factam, creditori tantùm in ea parte ius pignoris diuiſim competere, quam arbiter communi diuidundo ſumptus debitori adiudicarit, non in aliis partibus pro indiuiſo. Quod plurimis Senatuſconſultis conſtitutum eſt in prima claſſe Curiæ Inquiſitoria, vbi idem exactè diſputatum in cauſa Launæi nobilis viri, ac Beraldæ Ferrietæ inuicem contendentium. Iudicio Senatus. 13. Kalend. Sextiles An. 1571. Vignoleo litem collegis Senatoribus referente. Regula autem Legis Ciuilis erat, poſteriori diſtributione inter alios, ius prædio ſemel impoſitum mutari non poſſe, perſonale ius poſſe. Vlpian. l. Si quis putans §. ſi fundus D. Communi diuid. Caius l. C. l. ſi conſenſit. §. vlt. D. Quib. modis pign. Labeo in l. Is qui fundum ff. de Vſufr. leg. Papinianus l. creditor §. poſt diuiſionem ff. Qui potior. Huc vergit Celſi reſponſum in l. Iulianus §. idem Celſus ff. de Action. emp. vbi P. Caſtrenſis ſubtili diſtinctione varias Iuriſprudentum ſententias conciliauit, illuſtrauit. Non idem tamen Cæſarea Antonini l. vn. (Cod. ſi commun. res pign. dat. ſit) cautum inuenitur, ſed duriuſculæ potiùs vetuſtæ Legi derogatum. Aliúdque Georgico Iure ſancitum eſt de Arboribus ſatis in fundo communi. Si enim arbor in loco nondùm diuiſo educata fuerit ab vno ex dominis, ac deinde, habita partitione, alteri obuenerit, non transfertur in hunc arboris dominium, ſed in illum arboris educatorem. Verùm loci proprietario conquerenti liberum eſt, arboris alterius compenſatione iſtam retinere. Vt eſt apud Hermenopulum in Legib. Georgic.

Creditori vni ex ſociis, diuiſione ſecuta, remanet hypothecæ Ius in parte debitoris pro diuiſo.

Areſtũ Dic. 20. Iulij. 1571. De iure hypothecę cõſtituto in re communi ab vno ex ſociis debitore.

Lex Georgica.

De Donationibus.

CAP. 4.

1 MORIBVS apud nos receptum eſt, ne inter virũ & vxorẽ donatio valeret. Titia Seio Agricolę marito donauit tabernã caſeariam cum Agello, ſeque pro eo creditoribus ſolutură cõſtituens renuntiauit Senatuſcõſulto de interceſſionibus. Subſcripſit donationis tabulis propinquus donatricis, ad quem lege reditura erat eiuſdem hæreditas, conſenſitque, vt acta facta geſtáque rata haberentur. Defuncta coniuge, hæredes iudicium dictarunt retinendæ poſſeſſionis marito ſuperſtiti, rerum donatarum nomine. Interdicentibus opponit maritus ſuum ipſorum aſſenſum. Remittenti enim actiones ſuas non eſt regreſſus dandus. Multò magis vendicãtẽ donatorem, eúmve qui donationi adſtipulatus ſit, ſummoueri præſcri-

De Taberna caſearia Vlpianus lib. 17. ad Edictum in l. Sicuti §. Ariſto ff. ſi ſeruit. vendic.

Vſqueadeò vetita eſt donatio inter virum & vxorem, vt licet marito fas ſit, inuita vxore de rebus cõmunibus ſtatuere, ſi tamen donarit liberis ſuis ex priore coniugio, bona acquiſita conſtantibus ſecũdis nuptiis, nullam eſſe do-

natiooem Senatus iud.cart. Die.30.Octob. Ao. 1555. Seguierio ſolemni ritu recitante.

ptione doli oportere. Quid dicemus? Haud dubiè titulus liberalitati quæſitus ex aſcititio hæredũ interuẽtu, nequiit actum lege improbatũ cõfirmare. Vt placuit Vlpiano l. Sed interim §. ſi vxor, in ver. Inuitis hęredibus D. De donat. int. vir. & vxor. Cũ Iuſtiniano Imp. in l. vlt. Cod. ſi maior fact. vendit. rei ſuæ. Nã bono publico introducta eſt donationis inter virũ & vxorẽ prohibitio Sexti Cæcilij opinione, quia ſæpe futurũ eſſet, vt diſtraherẽtur matrimonia, ſi nõ daret is qui poſſet, atq; ea ratione eueuturum, vt venalia matrimonia eſſent. Senarus tandem, cuius ea de re notio erat, decreuit, actum hunc donandi, quamlibet ſcripto hæredis conſenſu munitum, nullius eſſe momenti. Areſto Curiæ ſolenni purpura pronunciato. 5. Idus Apriles An. 1543. inter Lancelotum Sauuagium cum Barbara Darcenea vxore, & Nicolaum *Fillette* litigatores. In hanc ſententiã pedibus iit Frãciſ. Aretinus diſertè, in Conſil. 123. vbi ex facto agitatum fuit, nunquid hæres mariti aduerſ⁹ talem donationem audiatur, vel ad eam idcircò refutandam, quòd publicis monumentis deſcripta non ſit, ſeu vulgi vocabulo, inſinuata. De eodem Chaſſeneus §. 7. verſ. *Si ce n'eſt du conſentement* Tit. *Des droictz apparten. à gens mar.* Ita autem legibus infirmãtur coniugales huiuſmodi donationes, vt empto prædio ante initas nuptias, ſed numerato pretio à marito emptore poſt coniugium, Senatus iudicarit vxorem ſocietatis iure laturam vel acquiſiti fundi, vel pretij partem dimidiam: quùm alioqui tacita liberalitate maritus fieret ditior, & in paupertatem vxor decideret. S. Conſulto Kalend. Martiis An. 1567. facto ex controuerſia Iohannis *Saugeot*, & Marthæ *Fauleau* viduæ Claudij Vincentij diſceptantium.

Areſtum Die. 9. April. An. 1543. aduerſus donationẽ inter virum & vxorem.

Areſtum Curię Die. 1. Martij An. 1567. de rebus communibus inter coniuges. Huc pertinent quæ Chaſſan. Tit. *Des droictz apparten.* § 2 in verb. *acqueſt.*

2 LICINIA colona Bleſenſis agri quùm bonis ſuis Lucio cognato donationis cauſa cederet, vſumfructũ ſibi recepit, & conuenit, vt quæ ſupremis ſuis hæc caueret in poſterum, ab illo omnia implerẽtur. Poſt aliquantum temporis, donatrix, mutata voluntate, reuocat donationẽ ſe viua factam. Demortuæ hæres ſacramento contendit cum Lucio de rebus donatis, propoſita interdicti formula Vtì poſſidetis. Quippe donationem illam perinde haberi, atque aliam quamuis mortis cauſa donationem, facilè reuocabilem: quùm ibidem & mortis illata mentio, & ſuper Agro donato reſeruatum fuerit à donatrice poſtremorũ ſuorum implementum. Quemadmodùm ergo ſi ita donetur mortis cauſa, vt nullo caſu retractetur, cauſa donandi magis eſt, quàm mortis cauſa donatio, ideóque cenſetur donatum inter viuos: Ita, per contrarium, quæ viua donauit, ſi eodem inſtrumento vltimæ ſuæ voluntati reſeruarit vniuerſim, vt extrema mandata ſua perficeret donatarius, ſequitur è duobus alterum, vt aut ſpecies hæc donationis inter viuos, trãſeat in genus donationis cauſa mortis liberæ reuocationi obnoxiæ, aut omnimodò inefficax ſit talis donatio, quaſi datũ fuerit pariter & à donatrice retentum, contra Pomponij legem In ædibus §. donari non poteſt niſi quod eius ſit, cui donatur ff. de Donat.

Donatio inter viuos cum lege implendi teſtamenti non poteſt a donatore reuocari.

Quoties cõtractui attexitur clauſula pugnans contra naturam & ſubſtantiam ipſius contractus, tunc in aliam ſpeciem contractus transformatur. l. cum precario ff. De Precar. l. cum manu §. vlt ff. De Contrah. empt.

EDIVERSO,

3 Ediverso, Donatarius, nihil eſſe tam contrarium donationi cauſa mortis, quàm prædij traditionem ſeu retentionem vſusfructus, quæ traditioni adæquatur. Intantùm, vt legato quoque adſcripta hæc vſusfructus receptio inducat träſmutationẽ actus in donationem inter viuos. Iuxta Andr. Yſerniam In Cap.1.§.donare Qualiter olim Feud. alien.pot. Alexäd. pulchrè in Cöſil.207. Volum.2. Bald. in l. Lucius in fi. ff. de legat.2. Bart. in l. Legatũ ff. eod. Tit. Quo argumẽto Senatus Neapolitanus ſecundùm talem legatarium pronuntiauit, hærede victo, fruſtra in ius proferente teſtamentarias tabellas poſteriores, generatim derogatorias præcedentium legatorum. Vt ſcitè refert Afflictus, Deciſ. Neapolit.275. Lögè ergo firmiùs defendi poteſt, donationi inter viuos inſerta conſtitutione vſusfructus, conſeruari germanam ipſius contractus naturam ac conditionem? Nec ad rem pertinet, quòd, lege donationi adhibita, incumbat donatario ſupremæ voluntatis obſequium. Nam in ambigua & vaga oratione commodiſſimũ eſt id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat quàm pereat. Atque ideò verbum illud teſtandi, implendique teſtamenti onus non infinitam pecuniam continet, ſed modicam, teſtamento putà iniunctam ad iuſta ſoluenda teſtantis Manibus, & legata pia egenis aliquot eroganda, non autem vt donatario rota ære alieno cæteriſve præſtationibus exhauriatur. L. Hæc adiectio ff. de Verb. ſignif. Huic demùm donatario Patres Pariſien. (ad appellationem ex Bleſenſi Præfectura) iuſtam poſſeſſionem addixerunt, ea lege, vt poſtrema donatricis mandata exequeretur. Septimo Idus Decemb. An. 1549. Dn. *Thibouſt* litis inſpectore.

Decretum. Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolitani.

Areſtum Senatus. die 7. Decemb. An. 1549. pro donatario, nequicquam obſtãte donationis reuocatione.

4 Pactis dotalibus Ruſticorum ita cautum erat, SEIANVM PRÆDIVM VNI EX LIBERIS COMMVNIBVS NASCITVRIS, QVEM ELEGERO, PROPTER NVPTIAS DONO PVRE ET ABSOLVTE POST OBITVM MEVM, RECEPTO VSVFRVCTV: NVLLO ELECTO, FVNDVM IPSVM VOLO PERTINERE AD EVM EX PRÆDICTIS FILIIS, QVI ADEVNDÆ HÆREDITATIS MEÆ CAPAX EXTITERIT. Pridie Cal. Septembres An. 1505. Caius donator, ſuſceptis duobus ex eo matrimonio liberis, Claudium primigenium inſtituit teſtamento hæredẽ prima cera, cui nepotem ſubſtituit Philonem, Claudij filium. 8. Idus Martias An. 1551. Præmortuo dehinc hærede inſtituto, donator, inductis prioribus tabulis, ſcripſit hæredem poſtremo elogio Lucium filium natu minorem. Nonis Ianuar. An. 1560. Donatore vita functo; emerſit de fundo inter Philonem & Lucium inſignis controuerſia apud prætorem Lugdunenſem.

Pactum die vlt. Maij An 1505.

Ardua quæſtio, An in iure eligendi vnius ex liberis à donatore ſibi reſeruato, liceat ei variare.

Hic conſultò ſuppreſſim' vera litigatorũ nomina, ne domeſtica intra familiarum, & nondùm deciſę priuatę cõtrouerſiæ prodantur Vulgo. Tum vt rẽtento eodem Act. Ruſticarũ theatre, & ſub Villici perſona reliquũ Opus perſequamur.

5 A parte Philonis multa prætori ſuggeſta ſunt, facultatem electionis vnius ex liberis, cui donatum eſt prędium, receptam à donatore, ſemel fuiſſe conſumptam Claudij primogeniti optione, hæredis nimirùm ex aſſe ſcripti. Quanquam enim ea quæ notabiliter fiunt,

niſi notentur ſpecialiter, videntur quaſi neglecta.l. item apud Labeonem §.hoc edictum ꝟ.de Iniur.Etſi quoque hęredis inſtitutio generaliter concepta non æquipolleat certæ ſpecialique electioni perſonæ, pacto ſeu lege præſcriptæ.§.ſoluto In Authent. De Nupt. Idipſum tamen ſolùm habet locum in præmio lucrorum nuptialium lege delato liberis ex eodem coniugio ortis: At in mera liberalitate paterna, certum eſt, hæredis nuncupationem æquiualere donatarij optioni. Ex Papiniano, lib.19. Quęſtionũ in l.Vnum ex Familia §.ſi de falcidia Et §.ſi duos Cũ §.ſi vno, vbi Caſtrẽſ.ꝟ. de Legat.2. Iuſtinianus Imp. in l. Si quis prioris §.Certum eſſe ſancimus, quòd etiam illa de cętero videbitur earumdem fuiſſe rerum alienatio, quæ in teſtamento genitoris, vel ſpecialiter relinquendo, vel generaliter hæredem inſtituendo, facta ſit Cod. de Sec. nupt. Cui conuenit Martianus lib.8. inſtitutionum l.Si Filiusfamilias §.penul. Vers.ſed ſi omnes ꝟ.De Legat.1. Ergo inſtitutionem hæredis tantò probabiliùs electionis vice defungi, quantò illius titulus amplior eſt, præſtantior, honorificentior. Atqui, iure eligendi prima teſtatione conſumpto, integrum non fuit donatori mutare voluntatem ſecunda Lucij optione, cum aliena Philonis iactura, ad quem Claudius pater effectum prioris optionis trãſmiſerat. L. huiuſmodi §.Stichum.ꝟ.de.Leg.1.l.Statuliberum §. vlr. ꝟ.de Legat.2.l.Apud Aufidiũ ꝟ.de opt.leg. Ac propterea Quintilian. in Declamat.308. Tuam, inquit, poteſtatem ipſa electione finiſti. Et Senecæ verbis, Optio ſemel puellæ datur, immutabilis eſt ſemel emiſſa, Iudex de re quam tulit, tabellam reuocare non poteſt. Si reuera optandi ius teſtamenti chartula introductũ eſſet, in expedito eſt, mutabilem fore electionem, quemadmodùm & Chartam totam, cui ius opptionis intexitur. At verò quæcunque proficiſcitur ex donatione inter viuos eligendi facultas, immobilis fit manétque irreuocabilis. Quando quidem in ſtipulationibus, licet conditione ſuſpenſis, ſpectatur tantùm id tempus, quo contrahimus, & primariæ obligationis conditio: In legato non item. Ad hæc, differit Philo, donatorem nihilo ſolenniùs aut expreſſiùs optaſſe Lucium, quàm Claudium. Neutro igitur ipſorum delecto, locum eſſe poſteriori clauſulę donationis, qua vocatus eſt donatoris filius, quiſquis hæreditatem ſuam capere potuerit. At nepos in ea cauſa eſt, vt ius hęredis perinde ipſi competat, ac liberis primi gradus. Nam iuſta interpretatione recipiendum, appellatione Filij nepotem comprehenſum videri, & patris nomine auus quoque demonſtrari intelligitur. Sic Papyrius Fronto lib.3. Reſponſorum non dubitat, prędio cum Villico & contubernali eius ac filiis legato, nepotes etiam ex filiis contineri, niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat. Natura enim docentur parentes pij, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum vocabulum omnes, qui ex illis deſcendunt, complecti. Nam idcircò filios filiáſve concipimus, vt ex prole eorum earúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum

Hæredis filij inſtitutio æquipollet optioni vnius liberorũ (ex donatione inter viuos) faciendæ.

Quibus caſibus variatio admittatur, vyous conſultatè In Regula Quod ſemel. In. 6. Abb. Conſ.11.

Quamuis argumẽtum ducatura contractibus ad vltimas voluntates l.Seruum filij §. cum qui chirographũ ꝟ. De leg. 1. l. qui chirographum ꝟ. de leg.3. Tamen nota multiplicẽ vtriuſque differentiã vſque ad 15. caſus elegãtes apud Iaſon. In. l.quæ de legato ꝟ.de leg.1.

ęuum relinquamus. Nec diſſimilis huic propoſitioni iudicio terminata eſt, putà, donatione collata in aliquem & hæredes EX SVO CORPORE, nepotes ad rem donatam vocari. Placito Curiæ Nonis Decemb. An. 1536. Cheneteo litigante. Tantumdem fertur de nepote ex filio primogenito, qui paterno iure primigeniorum excludit ſecundum filium ex matrimonio procreatum. Lege feudiſtica, In Cap. 1. de Succeſſ. Feud. Sed & in hac hypotheſi multò credibilius, quùm priore auito iudicio nepos gradu ſubſtitutionis prælatus fuerit patruo, auitæque dilectionis magnitudine patruũ ex ordine ſcriptorum hæredum ſuperarit. Nam illud poteſt contingere, vt remotior gradu priori interdum anteferatur. L. vnum ex familia In verb. eodem vel diſpari gradu ff. de Legat. 2.

Decretum Senatus die. 5. Decemb. An. 1536. Quid veniat hoc verbo, *hæredes ex ſuo corpore*.

6 LVCIVS, è contrà, non inficiari quidem, ſcripto hærede Claudio, eundem tacitè electum videri in ſpem paternæ donationis: Sed eam deſtinationem teſtamento adhibitam in eadem conditione habendam eſſe, qua ipſammet hæredis inſtitutionẽ totamque adeo ſcripturam teſtamenti, quæ ambulatoria eſt ad exitum vſque vitę ſupremum. Nam quæ acceſſionum locum obtinent, ita facilè extinguntur aut mutantur, ac principales res perimi tollíve poſſunt: Planeque imitantur principalis actus naturã ac qualitatem, cui adiũguntur. Argum. l. 1. §. belliſſimè ff. vt legat. nomi. caueat. L. Vnum ex familia, in princ. Verſ. an quandiu poteſt mutari voluntas Et l. Cùm pater §. hæreditatem ff. de Legat. 2. Itaque ademptionem prioris electionis ſecundo teſtamẽto factã tenere, & nouiſſimã patris voluntatem, qua Lucius nũcupetur hęres ex aſſe, religioſè cuſtodiendã. Quùm enim donationis effectus conferatur in diẽ obitus donatoris, licitũ eſt donatori optare in teſtamẽto vtrum ex liberis maluerit, & in quocunque actu morte confirmando, qui ob id variationem admittit. L. Hæredes palam ff. de Teſtam. Quibus conueniens eſt dicere, dilationem optandi excurrentem in tempus mortis donatoris reſpicere emolumentum, non ſuum, ſed liberorum mortis ſuæ tempore extantium. Vnde Claudio fatis prærepto, donatori prohibitum non fuit, alterum cooptare, donationis commodo fruiturum. Ex Accur. in l. Huiuſmodi §. ſtichum ff. de Legat. 1. l. Cùm pater §. à filia ff. de legat. 2. vbi obſeruatum eſt à Caſtrenſi, aliquando in contractibus variantem nihilò magis repelli quàm in teſtamentis, & conſilium mutantem Prætores non aſpernantur. Hoc ampliùs, ſi neutrum à donatore electum fuiſſe proponatur, decurrendum ad vltimam donationis clauſulam, qua liberi ex iis nuptiis ſolùm ad eam inuitantur. Concedamus enim, nepotem, Iuris fictione paternam ætatem referre in auitis bonis, quæ legibus deferuntur: Certè naturali rerum ordine nepos eſt in ſecundo gradu, nec in conuentionibus hominum protrahitur liberorum ſignificatio vltra primum gradum, communiter ſic vſurpari ſolitum. Argum. l. Boues §. hoc ſermone ff. de Verb. ſignif. & l. Diuortio §. quod in anno ff.

Similiter omnis contractus alteri accedens quãuis diuerſæ naturę & qualitatis, aſſumit naturam & cõditionem eius cui adiicitur l. ſi ſtipulatus ff. de Vſur. Alex. appoſitè in l. Miles §. decem ff. De re Indic. Imol. Conſil. 101.

Inquantũ Fictio locum habeat & æquipolleat veritati. Bart. & Iaſ. fuſiſſimè in l. Si is qui pro emptore. D. de Vſucap.

Sol. matrim. & Bart. ibidem. Demus item, ius primigenio quæſitum ad nepotem eſſe tranſmiſſorium, id benigna voluntatis interpretatione refertur ad ius ſimplex, purum, immutabile, non ad conditionale, collatúmve in mobile eligentis arbitrium, quod non æquè transfertur ad nepotem. Papinianus lib.8. Reſponſorum, in l. hæredes mei §. peto à te, ibi, ex cæteris autem cognatis ſi nepotes ſuperſint, & propter gradus fideicommiſſo præſcriptos. D. ad Trebel. Modeſtinus lib.9. Regularum l. Cum ita §. in fideicõmiſſo, In Verb. & quia proximo gradu procreati ſunt ff. de Legat.2. l. Peto §. vlt. ibi, vt proximus quiſque primo loco ff. eod. Tit. L. vlt. Cod. De Verbor. ſignif. Notat. in l. Gallus §.1. ff. de liber. & poſthum. Quùm igitur melius æquius ſit, donationis ſenſum quàm verba amplecti, veriſimile erit, ſublato è viuis donatoris primigenio, alterum filium nepote chariorem extitiſſe donatori, vtpote natu grandiorem, & naturali ſanguinis vinculo coniunctiorem.

Statutum, cum memoratione facta liberorũ primi gradus, non comprehẽdit nepotes. Bal. in Cap. 1. §. decedenti. Qui feud. dar. poſſ. l. Iubem⁹ §. vlt. & ibi Bal. Cod. Ad. Trebel.

Cauſa vltro citróque diſceptata, obtinuit Lucius Sententia Lugdunenſis ſuppræfecti.13. Kalend. Decemb. An.1573. A quo cùm Philo Senatum appellaſſet, re conſilio permiſſa apud Cõſcriptos Curiæ, nos interim cum primis Ordinis noſtri collegis cõſulti reſpõdimus Lucio, rectè iudicatum videri.3. Kalend. Quintiles An. 1574. Atque ita deinde Pattum C. iudicio pronuntiatum eſt.4. Kalend. Apriles An.1580.

Sententia lata Die. 19. Nouem. An. 1573. pro iure mutandæ ac variandæ electionis, tametſi cõuentionalis.

Areſtum Curię die.29. Mart. An. 1580 pro Bertrando Albonio intimato, Cõtra Guillelm. Alboniũ appellantem.

De Iure redimendi Pactitio, Gentilitio, Patronali.

Cap. 5.

EMPESTIVUM eſt, contractuum iure perſtricto, de diſtractu pauca referre: vt Ruſticarum litium diſceptator ac Iudex, quid ſequi debeat in dicendis Sententiis, paulo momento aſſequatur. 1

In negotio venditionis gerendo pepigêre Ruſtici, vt ſi intra annum emptori pretium reſtituatur, fundus maneat redemptus reſoluta venditione. Secuta ex pacto redhibitione, fructibus maturis pendentibus, incidit de fructibus quæſtio, an inter vtrumque ſint diuidundi, nûm verò portiones fructuũ deducendæ, habita ratione præcedentis temporis, quo venditor nummis emptoris vtebatur. Me vrgebat pro emptore, quòd vti ab eo excluendæ ſunt vſuræ pretij nondùm illati poſt traditionis diem, vt qui re fruitur, vſuras nummorum dependat: Sic, ære ſoluto, emptor fructus facere debeat ſuos, quò ſaltem eorum menſium portio in computationem veniat, quibus, manente venditione, pretium venditor retinuerat. Argum. l. Curabit Cod. de Action. emp. Hoc tamen iure vtimur, vt redhibito prædio, fructus quidem, quos antea perceperat emptor, venditi iudicio præſtare non cogatur. Panor. in cap. Ad noſtram De Empt. & vendit. Ex conſtitutione Alexandri Imp. Si fundum Cod. de Pact. inter empt. & vendit. compoſ. At fructus maturos ſolo cohęrentes redimenti cedere eſt exploratum, niſi

In conuentionali fundorum redhibitione fructus pendẽtes non diuiduntur pro rata.

Quatenùs fructus fiant percipientis, vel diuidãtur pro rata, inter proprietarios, præſulari, colonos partiarios, lege Fabrum In. §. ſi vero Inſtit. De rer. diuiſ.

Areſtum Die vlt. Maij An. 1566. fructus pendentes ſequi fundum re-

niſi ſi quid nominatim conueniſſe proponatur: Cùm fructus eiuſmodi, quos extantes in agro deprehendimus, ſequantur fundum, fundíque partibus adnumerentur. Ita deciſum placito Curiæ, ſolenni purpura recitato Pridie Kalend. Iunias An. 1566. Ioanne *Legay* & Srephana *le Page* cum aliis, lirigatoribus, ex appellatione à Pręfecto Syluanectenſi.

demptum à vẽditore. Sur vng appel du Bailliage de Senlis.

2 PACTITIÆ fundorum redhibirioni ſubiicitur gentiliria, & actio redhibiroria ex lege Municipali: quæ admittit proximiores ad rem venditam recuperandam. Ruſticus vendiroris agnarus egir condictione ex hoc Iure Municipij, aduerſus emptorem. Conſentiente iſto, pronuntiatum eſt, redemprum iri prædium lege familiari, reſtituto prerio intra tempus Moribus præſtirutum. Agnatus ilicò pòſt, pœnitenria acta, renuntiat emptori nolle ſe vti beneficio patria Conſuetudine introducto, nec prædiolum redhibere. Per diuerſum inſtat empror, ſicut ſtipulatione cõtrahi, ita iudicio contrahi, firmiúſque adhuc poſt rem iudicaram ſeræ pœnitentiæ locum non ſupereſſe. Nihil ſe morari, perſequatúrnè propinquus vendiroris genrilitium ius ſuum, ſecundùm quod, adgnati huius beneficio, emptor admiſſus eſt ad reſoluendam emptionem. Conſanguineo enim ſeriùs perperam deſiſtente, ſemel dictam Sententiam exequi oportet. Vlpiani reſponſo Lib. 40. ad edictum in l. ſi poſt mortem §. ij qui proprer alios ff. de Bonor. poſſeſſ. cont. tab. Nam ſemel iudicari compellẽdi ſunr ad ſatisfaciendum, ex forma, quam Caſſio Proconſuli Diuus Pius in hæc verba reſcripſit, quæ à Caliſtraro citanrur in l. Debiroribus ff. de Re Iudic. Senatus ea de re ſic decreuit, Agnatum iudicato faciendo diſtrictè alligari. 5. Idus Quintiles An. 1551. Cum Boërio, in Deciſ. Burdegalen. 48.

Agenti redhibitione gentilitia prædiorũ pœnitere non licere.

Hoc cõtractibus & iudiciis commune eſt, vt de conſuetudine Franciq fiat condẽnatio in literis cõtractnũpetinde ac in iudiciis. Fabri ſermone in l. Certum Cod. famil. hercíſ.

Areſtũ Die. 11. Iulij An. 1551. vulgò dictum *L'arreſt de l'Angelier.*

3 INTERDVM accidit fideiuſſorem ob euictionem dari, quem nonnulli auctorem ſecundum vocanr: quæro, vtrum Ruſticus fideiuſſor euictionis, Lege agere quear fundorum reuocatoria propinquiraris nomine? Viſum eſt Tiraquello, non audiendũ. §. 1. glo. 9. Num. 273. de Retrac. Mihi cõtrà, probatur, quùm aliud ſir vẽdere, aliud vẽdẽti cõſentire, aut fide ſua eſſe iubere euictionis cauſa. Cuiuſmodi fideiuſſione prępeditur quidẽ vẽdicatio fũdi ex prẹcedẽti iure dominij inſtituẽda. L. vlr. Cod. de Euiction. Sed minimè præripitur aut adimitur familiæ priuilegiũ, agnato deinceps cõperiturum. Ira cẽſente Senatu, die profeſto ſacrę Purificationis Virgineę An. 1543. Renato Molineo & Iacobo *de Briſſay* diſceptantibus. Alegrino liris inſpectore. Nam abſurdum non eſt, eum qui vendiroris factum præſtare tenetur, alio iure prædium redimere, aut redemptum retinere. Apud Vlpianum in l. An vitium §. ex facto ff. De diuerſ. & temporal. præſcription. In eãdem ſententiam multa promuntur à Carol. Molineo, aſſerente ob fideiuſſoriam ſponſionem non priuari conſanguineum iure familiari redhibirorio, ac genrilitate prædiorũ. In Conſuet. Pariſien. Tit. 1. §. 14. gloz. 1. num. 11. Et iterum §. 13. num. 3. Nec ab eo longè diſſidenr, quæ Bohi-

Fideiuſſor euictionis ad Gẽtilitiam fundi redhibitionem admittitur.

Areſtum Curię pro fideiuſſore euictionis fundi venditi, eundem retrahẽte iure ſanguinis & agnationis. *Aux Arreſtz de la Chandeleur.* 1543.

cus tradit, obligato ex cauſa fideiuſſoria licere teſtificari pro debitore locuplete. In cap. Quoniam de Teſtib. & Specul. in §. 1. verſ. Quid de fideiuſſore, eod. Tit. In hoc genus redigitur quodammodò Regula Iuris Ciuilis, in leuiorem conditionem accipi eos poſſe, qui acceſſionis loco promittunt, in deteriorem non poſſe. Vnde, quùm fideiuſſor hac formula eſſet acceptus, SI REVS QVADRAGINTA, QVÆ EI CREDIDI, NON SOLVERIT, FIDE TVA ESSE IVBES? appellato reo non ſoluente, haud ideò ſtatim vrgendus eſt fideiuſſor ad ſolutionem, neque ab eo ante debitorem excuſſum rectè petetur. Decreto Curiæ Ornatiſſ. 16. Kal. Sextiles An. 1537. pro Spina quodam, aduerſus Euſtachium D'*alliers*. Quod & Parthenopei Senatus opinione confirmatur. Deciſ. Neapol. 318. Licet iuſtè dicatur hoc caſu, non ſoluente reo, interpoſitæ fideiuſſionis conditionem eueniſſe, vt obligetur fideiuſſor, ſed non vt ab eo exigatur. Atque hoc modo interpretandum Iuliani reſponſum lib. 53. Digeſtorum in l. fideiuſſor obligari §. cùm fideiuſſor ff. de fideiuſſ.

Decretum Curiæ Pie. 17. Iulij An. 1537 fideiuſſorē quoquo modo acceptum vti priuilegio ordinis & excuſſionis bonorum debitoris, niſi illi ſpecialiter ſit renunciatum.

Neapolitani Senatus decretum.

DE VNO ambigi poteſt, ſi Agricola fundi empti nomine in clientelam receptus fuerit à patrono, deinde iudicio conuentus à cognato venditoris ex gentilitio iure poſt annum à clientelari auctoramento elidat actoris intentionem ſilentij annalis exceptione, iuxta Mores Pariſienſium: An idcirco tuendus ſit petitor, quia nouiſſimè emptio illi innotuerit, propter quā non deſierat vēditor naturaliter poſſidere? Senatus ſecundùm petitorem conſanguineum pronuntiauit, exploſa clandeſtinæ præſcriptionis exceptione. Sexto Nonas Martias An. 1531. Mularto litigatore. Et hoc perſpicuis Legum argumentis comprobatur. Idem iuris eſt aduerſus callidum emptorem, qui diu poſt patrono exhibitum emptionis inſtrumentum, quùm auctoratus eſſet ab ipſo patrono, curarat ſubdolè auctoramentum illud actis conſcribendum repetita die editionis inſtrumenti retrorſúmque ementita, vt propinquus auctoris ſui redhibitoria fūdi petitione ſummoueretur. Hic enim iudicio experiri cœperat poſt annum quidē ab editi inſtrumenti die, ſed intra annum à die auctoramenti ſeu clientelaris receptionis computandum. Verùm (ne fraudator doli ſui præmium ferret) Senatus condicenti ex lege Municip. gentilitium prædium adiudicauit. Celebri decreto ad Natale Chriſtianum ſeu. 11. Kal. Ianuar. An. 1531. Iohanne *Verge*, aliiſque in foro altercantibus. 4

De ſeudorum retractu lucrari.

Decretum Curię die. 2. Mart. An. 1531. Conſanguineo retrahere volenti non obſtare annalem præſcriptionem, eiusque temporis, quo venditor in poſſeſſione fūdi permanſerit.

Areſtum die. 22. Decemb. An. 1531.

GENTILITIAM redhibendi fundi legem ſequitur patronalis. Maritus ex feudo vxorio dominus directus, accepit nummaria laudimiorum iura ab emptore Ruricola. Tractatum eſt, an vxor nihilo ſeciùs Principalis reſcripti ſuffragio admittenda ſit ad prædium iure patrocinij redimēdum. Non videbatur, ex iis, quę Molineus concinnè In. 1. parte Conſuet. Pariſien. & quæ Nos in Libris Domanij Francici, ne eandem cantionem κοκκύγος in morem hîc occinamus. Patres nihilominùs, ſuadente ęquitatis ratione, admitti patronam decreuerunt. 5

De retractu feudali.

Iudicium Curię die 4. Iunij An. 1525.

uerunt. Pridie Nonas Iunias An. 1515. Karola Cabilonenſi Comite Ioignіaca litigante. Cui ſententiæ reluctatur quodammodò Fabri opinio in l. Sancimus Cod. de adminiſt. Tut. hac verborum conceptione. Sed an tutor poſſit inueſtire, dic quòd ſic de antiquo feudo, & laudimia recipere: Et ſic ſeruatur de conſuetudine. Et idem de rebus emphyteuticis: non tamen de nouō, nec mutare conditionem rei in deteriorem, quia eſſet alienatio, nec etiam de antiquo, vbi eſſet applicatum & commiſſum pupillo.

Agnatitia fundorum redemptio non auferetur patronali, niſi in feudis paternis iure feudorū in Cap. 1. § porrò Qualit. olim poter. feud. alien. At in Gallia, indiſtinctè. Fab. Inſtit. De Empti. in princ.

6 Mvltvm intereſt in hoc iudicio Redhibitionis Agrorum feudariæ, competat necne ius directi dominij priuato cuiquam ex profanis ſuis latifundiis, an Collegio eccleſiaſtico vel corpori, Cœnobio, Conuentui regulari, ſacræ ve alteri Familiæ. Finge enim, beneficiarium cliētem alienaſſe fundum partim cenſuali lege, vt ſibi vectigal annuum à pagano ſolarij nomine dependatur, partim conuento pretio. Patronus condicit à nouo poſſeſſore clientelare prædium iure patrocinij. Reus, ex contrario, auctorem ſuum ſibi cenſum quotannis ſoluendum receptiſſe, dominij ſuperioris teſſeram ac ſymbolum. Non refragari igitur alienationem hanc, quominùs idem vtique conſtet petitoris vaſſalus, idémque, qui antea, clientelari in eum iureiurando maneat obligatus. Hinc poſſeſſore feudi nō mutato, actorem à feudaria conditione repellendum. Licere enim vtique nobilis fundi poſſeſſori, eum pignerare, diſtrahere, modò recepto penes ipſum ac retēto clientelæ ſacramento, ex moribus Gallicanis. Ad ea, patronus, clienti quidem ius eſſe, feudum beneficiaria rursùs lege concedere alteri, ſed cenſuali penſitatione illud tranſcribere, ius non eſſe, quò patroni iura minuat. Atque ita Faber rem putat dirimendam in §. Adeò Inſtitut. De Locato. Senatus, cuius de ea re diſceptatio erat, patronum rectè condixiſſe pronuntiauit. Areſtis pridie B. Virginis Aſſumptæ An. 1528. ſecūdùm Dn. Mommorantium, aduerſus Touſſanum *Peleu*. Non ſimiliter in Eccleſia patrona dicendum eſt, quùm Carthuſienſes Lutetiani pridem victi fuerint in pari quæſtione à Roberto *Belle*, qui partim vectigalis lege annui, partim præſenti ære fundum ſibi comparat, feudi iure pendētem à Carthuſiana Familia. Decreto Patrū Pariſien. 15. Kalend. Martias An. 1538. Quippe & apud veteres diſputatum fuerat, patronali necne redhibitione prędiorum vllatenùs vti poſſent patroni *manuſmortuæ* eiuſmodi, quibus Franciçæ leges profanarum opum amplificatione interdixerunt. Abb. in Cap. potuit De Loc. Hæc duo Areſta Curiæ à nobis decerpta ex Matthæi Quadrigarij Collectaneis, ſui quondam ordinis facilè principis aduocati.

Quamdiu dominus directus eſt eccleſiaſticus, feudo nimium pendēte ab Eccleſia, putant multi, eū iure feudalis retentionis vti non poſſe. De quo Bal. in Conſil. 250. Vol. 3. Buer. In Conſuet. Bituric. Tit. De Conſuet. retent. ter. feud. At vſus fori noſtri manifeſtè contrariū docuit, iuxta Cap. potuit De Loc. Licet vaſſalo feudum ſubinfeudare, ſed cēſuario alterum ſibi cēſuarium facere non licet in præiudicium domini directi. Vide de eo Molin. Tit. de Cenſib. in Conſuet. Pariſ. Areſtum die. 14. Auguſti 1528. *contra Touſſanctū Peleu*. Iudicium Curiæ die. 15. Februar. An. 1538. De quo, Ægid. Magiſter in ſuis Deciſion. forenſibus. Hanc Franciæ cōſuetudinem De manu mortua Eccleſiaſtica citat Bohicus in cap. potuit De Loc.

7 Plervnqve in Foro audita eſt patroni querela in ſuorū clientum fraudes, qui ſimulata fundi permutatione cum reditu volatili, nummariā prædij Ruſtici emptionē adumbrabāt, quò Dominicæ eius redemptioni aditū omnem præcluderent. Hoc enim fraudis conſiliū mox ſequebatur euentus, pecuniaria luitione talis vectigalis annui nummis

Patrono vel Conſanguineo non cedit tempus retrahendi prędij ſimulato cōtractu vēditi, niſi à die detectæ fraudis ſeu à die notitiæ & ſcientiæ.

Areſto de Viallart, & *Areſto De Courbefoſſe* vulgò dictis. Arg. l. Annus π. De Calumniat. l. Cum ſex π. De Ædil. edic. Cap. Quia diuerſitatem De conceſſ. præben.

conſtituti. Ex quo, prædij venditor pretium rei ſuæ nullo interuallo recipiebat, redemptionis in ſpeciem huiuſce vectigalis, quod permutationis nomine ceſſerat venditori. Itaque patroni cauſa potior videbatur prima fronte, Agrum condicentis redhibitione *feudaria*. Quia in fraudem legum feciſſe is dicatur, qui ſaluis verbis Legum Municipalium, ſententiam earum circumuenerit. Patroni quoque intentionem adiuuabat plurium vicinitas contractuum, quæ mentem propoſitúmque fraudandi palam arguere crederetur. Ex Vlpiano in l. Si ventri π. de Priuil. credit. Nihilo ſeciùs obtinuit poſſeſſoris cauſa aduerſus patronalẽ fundi redhibitionẽ: quùm ex vtilitate publica receptum ſit, libera cuique manere ſuis de rebus arbitria atque commercia: Modò ne contrahentes ipſi in negotio permutationis gerendo aliud egerint, aliud ſimularint. Putà, ſi à fundi emptore ſubiectus in rem ſuam fuiſſe tertius quidam oſtendatur, qui vectigal imaginariè commutatũ redemerit ilicò à venditore fraudis participe ac conſcio: Hoc enim caſu, puto locum fore condictioni ex lege patrocinij, quaſi purè vendito fundo. Sin autem hęc, ſinguláque alia fraudis indicia non detegantur, iudicatum eſt, ſuprà relatos contractus, veluti meram ſolidámque permutationem, non poſſe diſſolui Dominica prædiorum redhibitione: etiã ſi, qua die permutatus eſt fundus, debitor reditus huiuſce hypothecarij eũdem redemiſſet, aut extraneus quiſpiam eum numerata pecunia ſibi comparaſſet. Decretis Curiæ Sextilibus An. 1525. ſecundùm Iohãnem Verſorium cauſidicum in foro Præfecturæ Pariſienſis, contra Iohannem Miraulmontem & Radegundem Iacqueuillam eius vxorem dominos directos. Verſatur & in ore multorum aliud ſimile huic Senatus placitum, quod *Areſtum Montholonij* nuncupant, ſed ſuppoſititium ac planè nugatorium: Vt à Montholoniis etiam ipſis conſtanti rerum fide accepimus.

Dies autem apertæ fraudis ac detectæ non computatur à tempore conteſtationis, ſed ſolùm à tempore ſententiæ in fraudis quæſtione latæ, vt præſcriptio iuris retractus inchoetur. Et ideò patrono litigante ad patefaciendam ſimulationem permutationis, ſufficit conſanguineo agere intra annum à die ſententiæ, pro patrono latæ, à qua fuerat appellatum, vt patronus ab Agnato excludatur. Areſto *De Courbefoſſe* Die. 1. Decemb. An. 1569. Briſſone & Chauuelino cauſidicis.

Areſtõ. die. 14. Auguſti An. 1525.

De Iudiciis Priuatis.

CAP. 6.

CONTRACTIBVS & Obligationibus ſupraſcriptis appoſitè ſubduntur Actiones & Iudicia, quę ex illis naſcũtur, non vt ea in præſens, quæ ad iudicij Pręparationẽ vel Ordinationẽ pertinent (de quibus à nobis ſuo loco eſt actum antea) commemoremus, ſed quatenùs Definitionem litium Iudiciarię Regulæ videntur ſpectare. 1

Vxor aliquando manente matrimonio repetit non dotem modò, ſed & donationem propter nuptias.

VILLICA ob inopiam mariti lege agere deſiderat conſtante matrimonio, vtpote viri obærati bonis auctione proſcriptis: Vnde petitionẽ dotis initium accipere ponemus? Et conſtat exinde dotis exactionẽ cõpetere, ſimul & donationis propter nuptias, ex quo euidenter apparuit, mariti facultates ad vtriuſque exactionem non ſufficere. Vt ab Vlpiano relatum eſt, lib. 35. ad Sabinum. Atque ideò Annæ Spifamæ, quæ auctioni rerum Iohannis Molitoris coniugis interceſſerat cum aliis creditoribus, Senatus iudicauit cauſam eſſe potiorem pro dote, & 2

donatione

donatione propter nuptias:addito, mulierem ex ea die, viuo etiamdùm marito, poſſeſſuram ſolido iure, & omninò tuẽdam in ea dotalium conuentionum poſſeſſione. Areſto poſtridie Idus Sextiles. An. 1567. Dn. Boutino litis expoſitore. Verùm hoc caſu Annæ maritus, qui lege publicorum iudiciorum damnatus fuerat exilio, ciuili ratione pro mortuo habebatur. Manente autem matrimonio, ſi tantùm ſuggeratur, maritum profuſè tractare fortunas ſuas omnes, vt niſi ſubueniatur ei, deducatur in egeſtatem, tunc nummaria dos & Dotalitium non prærogatur vxori, Sed aditus Iudex eidem pecuniæ ſummam exolui decernet in bona mariti, quantam arbitratus ſit fiduciariam: vt muliercula ſe ſuóſque alat, & egentem virum ſuóſque ſuſtineat, adhibitis necnon aliis cautionibus, quas Vlpianus animaduertit in l. Si Conſtante l. ff. quamuis Sol. matrim. Paulus lib. 2. Sententiarum in l. mutus §. manente ff. de Iur. dot. & Iuſtinianus Cæſ. in l. vbi adhuc Cod. Eod. Tit. Cuiuſmodi temperamẽtum obſeruauit Curia inſigni Decreto. 4. Kalend. Iunias. An. 1562. inter Franciſcã *le Clerc* coniugem Frãciſ. *de Fauierres*, & Percaldum Franciſci curatorem, cui ego in ea lite aduocationem præbui.

S. Conſultum Pariſien. Dic. 14. Auguſti, an. 1567.

Si verò dotem ita cum diſſipare manifeſtum eſt, vt hominem non frugi, oportet dotem ſequeſtrari, quatenùs ex ea mulier competens habeat ſolatium vna cũ ſua familia, pactis interim dotalibus in ſuo ſtatu durantibus, & expectantibus alterius ipſorum mortis euentum.

Placitum Curię Dic. 29. Maij An. 1562. de diſpenſatione bonorum, quibus quis interdictus fuit.

3 In propoſita ſpecie & illud tractandum eſt, nûm Ruſtica fructuaria ex *Doario* Moribus introducto, cauere teneatur, boni viri arbitratu perceptum iri vſumfructum, hoc eſt, non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturam. Hæres mariti prima facie, ſeu creditor non iniquum videtur poſtulare: quùm in maritum quoque vxor eodem iure vtatur interponendæ ſatiſdationis. cita. l. Si conſtante. Cui adhæret Pauli opinio. lib. 6. ad Plautium in L. Cùm dotis cauſa aliquid expromittitur, & fideiuſſor eo nomine datus tenetur ff. de Iur. dot. Verùm in hac controuerſia, iudicium exercente Senatu, fructuaria ſatiſdationis petitione abſoluta eſt. An. 1541. Iohanne Flechero, & Catharina Santalbina diſceptantibus. Chambone litem Patribus collegis enucleante. Sicuti Lõgolij ſenatoris Aduerſariis ſcriptum accepimus. Rectè equidem. Magis eſt enim, vt fructuarius ex lege, non vtique oneretur ſatiſdatione: Secus in vſufructu ab homine conſtituto. Vt ſanxit Iuſtinianus Imp. l. Cùm non ſolum §. hoc proculdubio In verb. & à cautionibus Cod. de Bon. quæ liber.

Fructuariã ex donatione propter nuptias Conſuetudine prodita, ſatiſdato cauere non teneri.

4 Interesse puto, quo nomine litigator Ruſticus à iudice mulctetur impendiis. Si enim tutor in cauſa pupillari damnatus fuerit, viatica litiſque ſumptus aduerſæ parti reddere, hoc tantùm ab eo poteſt exigi, vt proferat geſtæ tutelæ rationes: quibus excuſſis, ſi quid reliquatus fuerit, id denique victori à tutore ipſo præſtetur. Per cõtrariũ enim, tutor non lucrifacit ſumptus litis ſibi adiudicatos in negotio pupillari, ſed eos deducere tenetur in tutelæ iudiciũ, & in rationes tutelares inferre. Vlpiani reſponſo in l. 1. ff. de Tutelæ & rationibus detrahẽdis & vtili curationis cauſa actione. Nõ idẽ iuris eſt in Agricola hęrede

Hoc intellige, niſi tutor ob detectam euidẽtem calumniam priuato nomine dãnatus ſit. Quod & faber producendũ cenſuit ad Seneſchallos, iudices, & procuratores curiarum, qui ex officio calũnioſè vexant partes. In l Nõ eſt ignotum Cod. De Adminiſt. Tut.

> Areſtum Die. 8 April. 1574. contra hæredem ex inuentario, reſpectu expenſarum litis factarum poſt mortem defuncti: Quippe quam litem reſumere non debuerit abſque maturo conſilio. Secus de expenſis in lite factis a defuncto, de quibus non tenetur hæres, niſi pro modo bonorum inuẽtarij, tanquam de debito hæreditario.

ex inuẽtario, qui licet nudus habeatur curator bonis datus, ne vltrà immergatur oneribus hęreditariis, quàm pro illarum fortunarum modulo, quarum inuentaria & rationalia edere paratus eſt: diſtrictè tamen vrgetur ad ſolutionem expenſorum in litem, quibus ipſe fuit mulctatus: Sepoſito eo, quòd propter litis impendia, quæ defunctus comdemnatus eſt aduerſario rependere, hæres auditur conficiens actus ſui rationes, nec priuſquam diſpunctis rationibus, iudicati faciendi nexu obſtringitur. Memorabili decreto Curiæ, togatiſque ſententiam omnium claſſium Senatoribus lato. 8. Idus Apriles An. 1574. Anna Vernada, & Ludouico Bernagio diſceptãtibus. Nec iniuria profectò. Quùm enim hæres iudicio victor ſuos faciat litis ſumptus, quos aduerſarius reſtituere damnatus eſt, nec eos hæreditatis curationi acquirat, quis aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit?

> Cõceptus poſt alienationem, admiſſus ad eius retractationẽ. Andr. Yſern. Card. Alex. & Alvar. In Cap. 1. § hoc quoque notãdũ De ſucceſſ. feudi. l. pero §. fratre Cũ glo. in verb. familia ff. De leg. 2. Dec. In Conſil. 395.

Non probo conſentientem multorum vocem, Ius gentilitiũ in Iudiciis minimè ab eo exerceri poſſe, qui conceptus non erat die venditionis auiti fundi, licet intra tempora forenſi ipſius Redemptioni ſtatuta extiterit in rebus humanis. Admittamus enim, poſthumum nepotem, qui poſt mortem Ruſtici aui concipitur, neque legitimam hęreditatem eius tanquam ſuum hæredem accipere, neque tanquam cognatum, bonorum poſſeſſionẽ: Quia Lex XII. Tabul. eum modò vocat ad hæreditatem, qui moriente eo, de cuius bonis quęritur, in rerum natura fuerit. Quod in interpretatione ſuorum & Iuliano & Marcello I.C. placet. Aſt hæc non procedunt in redhibitorio Agri iudicio ſanguinis iure inſtituto. Quandoquidem Moribus noſtris proximo cuique defertur hoc Familiæ beneficium, qui ortus ſui die apertas gentilitiæ actioni fores inuenerit. Arg. l. 2. §. proximum ff. de ſuis & legit. hæred. Quippe quùm in pendenti ſemper habeatur venditio, quoad lapſa ſint tempora familiaris redhibitionis prædij in ius deducendæ. Et hanc tamen quæſtionem Patres, apud quos actitata ea fuerat, olim cõſilio commiſerunt. Sacro Meldorum Sodalitio cum priuatis quibuſdã litigante. Pari demùm occurrente facti ſpecie, hæc ambiguitas iudicio dirempta eſt, Areſtis Paſchalibus ſeu Nonis April. An. 1547. Vt in Matthæi Quadrigarij Miſcellaneis comperitur. Vtramuis autem in partem procliuiores fuerint Iudices, Matthæus ibidem manifeſtè non dicit. Sed ex eo facilè coniicias, iuxta opinionem noſtram fuiſſe pronuntiatum. Conſule de eo Benedict. in Cap. Raynutius, Et alios innumeros, quorum ſcripta huc velut aceruatim congerere, putidum ſit. 5

> *Appointé au Conſeil* in cauſa Capituli Eccleſiæ *de Meaux*.

> Areſta Paſchalia, die 5. April. An. 1547. eum conſanguineus poſt venditionem natus, ſed ante præſcriptionẽ actionis gentilitiæ ad retractum, eandem rectè queat intendere.

> Lege Antonini Cæſaris nõ interponebatur appellatio ab Arbitris. L. 1. Cod. De Arbit. Niſi Arbitri iuris fuiſsẽt ſeu iudices ſpecialiter delegati, quo caſu ab iis licebat appellare. Caius

Compromissa itidẽ, quia ad Iudiciorũ ſimilitudinẽ rediguntur, & ad finiendas lites pertinent, commodè hîc Iudiciariis regulis intermiſcentur. Sed ne res exemplis egeat, paucis agam. Sempronius & Cornelius Ruricolæ compromiſerunt in Titium, pœnam vtrinque ſtipulati. Arbitrio recepto, Titius ſententiam tulit aduerſus Cornelium: Cui quùm ſtare Cornelius nollet, prouocauit ad Senatum, ad 6

quem

quem deuoluto negotio, illic ſtatim à prouocationis cauſa vltrò receſſit Cornelius: At Sempronius apud Patres C. nihilò ſeciùs intẽdit, pœnam adſcriptam compromiſſo ſemel commiſſam eſſe, quòd Arbitrio ſtatuto non fuerit obtemperatū. Quo nomine à Celſo reſpõſum eſt, ſi arbiter, ad quem itum erat, intra Kalendas Septembres dari iuſſerit, nec datum erit, licet poſtea offeratur, nihilò minùs debitam pœnam compromiſſi haud euaneſcere. Idque eo fortiùs defendendum, quòd Cornelius non modò iudicatum facere cunctatus fuiſſet, verùm & ab eo Curiam Supr. appellaſſet. Tametſi igitur haud multò poſt appellās victori renuntiarit prouocationem, impunè tamen culpæ admiſſæ purgationi locum non ſuperfore. Ex Edicto Franciſci. 2. Regis De receptis, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant. Quarto Nonas Sextiles An. 1560. A Sempronio item afferebatur, in Arbitriis beniginiùs agi ſolere cum litigantibus, quàm in Iudiciis: Iudiciū enim eſt pecuniæ certæ, arbitrium, incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrum hoc modo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum poſtulauimus, conſequamur. In Iudicio eſt directum, aſperum, ſimplex: In Arbitrio mite, moderatum, quantùm æquius, & melius ſit dati. Ergo vt leniùs tractamur honorario arbitrio, ſic pœnæ petitione ac ſeueritate auctoritas arbitrorum ſancienda eſt ac vindicanda. Per diuerſum, à Cornelio multa allegabantur aduerſus pœnam, hanc de emendanda culpa quęſtionem eſſe de bono & æquo, vt Celſus adoleſcens ſcripſit, nec oportere illud Principis edictum calumniari ac verba captare: ſed qua mente quid diceretur, animaduertendum. Modicum enim ſpatium quoddam temporis ineſſe videtur, intra quod appellans ab arbitro, iuſtæ pœnitentiæ ſuffragio abſoluatur. Rurſus Pontificum æquitate admitti moræ purgationem, & in pactis quidem die ſimul ac pœna conuentis. Vt Gregorius. 9. Pontif. reſcripſit in Cap. Potuit De Loc. Senatus, re accuratè diſcuſſa, pœnæ executionem dati decreuit. Areſtis Septembribus An. 1566. Roillartus cauſæ enarrator, quem pragmatici Relatorem appellant. Biennio quoque pòſt, ſimiliter iudicatum. 5. Nonas Quintiles An. 1568. Amedeo Boucheto, & Iohanne Gallioto cõcertantibus. Dugueo litis inſpectore. Nimirùm in hac hypotheſi pœna plectitur delinquens in committendo, nedùm in omittendo: quùm hoc perinde, ac illud, dignum odio non ſit. Ac Seruium rectè exiſtimaſſe Africanus refert, concurſum diei pœnæquè in compromiſſo impedire culpæ purgationem. In l. Traiectitiæ §. vlt. ff. de Actio. & oblig. Quod pariter ſenſit Vlpianus lib. 13. ad edictum in l. Celſus ff. de Arbit.

In l. Arbitro ff. qui ſatiſd. cog. Bonifacius. 8. in Cap. Ab Arbitris De Offic deleg. At Conſtitut. Gall. Ludou. 12. ab arbitro appellatur ad ordinarios iudices, Tum Franciſci 2. ad Præſidales magiſtratus, vel ad Senatum.

Edictum Regium De Arbitris die. 2. Auguſti An. 1560. quo Mẽſe aliud ſpecialiter latum fuit in propinquos, vt de ſuis controuerſiis ſumerent arbitros. Qualia innumera Italis ſtatuta eſſe indicat Marcus Anton. Pauinus In Lib De Compromiſſis inter coniunctos faciendis. Sed illo Edicto minorẽ annis nõ obligari, definitum eſt Placito Curiæ præſentaneo Die. 12. Iulij An. 1571. Fonteneo & Mario cauſidicis, contra expreſſam Baldi opinionem In l. vlt. Cod. De in integ. reſtit. minor.

Celebre Curiæ decretum die. 7. Septembr. An. 1566.

Areſtum Die. 3. Iulij. 1568. de commiſſione pœnę compromiſſo appoſitę.

De Vltimis Voluntatibus.

Cap. 7.

Clauſula teſtamenti in ius ſuccedendi reuocatoria habet tacitum vim legati, non ſucceſſionis ab inteſtato.

1 IN COGNITIONE Teſtamentaria verſatur elegans dubitatio ex his poſtremi elogij verbis. NIGIDIA FILIA MEA HÆRES MIHI ESTO EX SEMISSE BONORVM MEORVM, QVAM SCIAS AD IVSTAM PORTIONEM HÆREDITATIS, QVAM PACTIS DOTALIBVS REPVDIASTI, PERTINERE. Iudicio quippe conuentus Nigidiæ frater obiecit petitrici legem Trecenſis municipij ac Senonenſis, (vbi ſita erant communis patris latifundia) teſtandi prohibitoriam de patrimonio, vltra quincuncem, vel trientem iure legati, non inſtitutionis hæredis, quæ Moribus vtriuſque Prouinciæ adempta eſt. Nigidiam enim antea ſuperſtitis patris bona repudiaſſe tabulis dotalibus, atque ita etaſæ albo legitimorum hæredum nihil fuiſſe reliqui, præter paternæ liberalitatis ſpem teſtamento adſcribendæ: in quo hæredis inſtitutio inutilis trahitur ad legatum, perindéque habendum, ac ſi teſtator directò filiæ dediſſet legaſſet, quatenùs Regionis Cõſuetudo ſeruata patiebatur. Iudicio Martiani Lib. 8. Inſtitutionũ in l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem ff. de Legat. 1. & Scęuolæ lib. 19. Digeſtorum in l. 76. Ad Trebel. Quinetiam pactum hæreditatis conſeruatorium (lingua vernacula *Rappel aux ſucceſſions*) cenſetur ſupremi iudicij inſtitutio ac diuiſio, quolibet tempore mutabilis, inſtar cuiuſuis Teſtamentariæ voluntatis. Ex Bal. & Iaſ. in l. De quæſtione tali Cod. de Pact. Idémque multo fortiùs cuſtodiẽdũ in iure ſuccedẽdi vltimis tabulis filiæ reſeruato ac repetito. His cõſequenter, offerre ſe Nigidię quinã toti⁹ Aſſis vnciã patria lege permiſſam, nẽpe ex legato. Sed quod ampliùs teſtamẽto datũ eſt, quàm dari oportuit, velut ſuperfluum, infirmandum, detrahendum.

Verba directa, quando valere poſſunt iure directo, non trahũtur ad fideicommiſſum. L. centurio l. Verbis D. de Vulg. Sin minùs, trahuntur & obliquãtur, vt vulgare Forenſium verbum vſurpẽ. Bal. in l. Non codicillum Cod. de Teſtam. Planè in Gallicis municipiis, quę Moribus ſunt ſcriptis vtuntur, hæredis inſtitutio, quæ in pleriſque decernitur locum non habere, trahitur ad legatum, Conſuetudine ipſa conceſſum.

2 NIGIDIA, è contrariò, nihil à patre ex ſuis facultatibus in eã collatũ fuiſſe teſtamento, quaſi legatariã, vel hæredem teſtamẽto nuncupatã: Sed ius legitimarũ hæreditatum ei duntaxat ſeruatũ, ſublato repudiationis prædictæ impedimento. Nouũ non eſſe, vt aliquando ex voluntate teſtantis legitimus hæres vindicet hæreditatẽ ſuam, quæ ei tamen non teſtamẽto dicitur, ſed lege obueniſſe. Scęuolę reſpõſo lib. 15. Quęſtionum in l. Si quis ita hæres inſtituatur ff. De hæred. inſtit. Ac l. Lucius Eod. Tit. Etſi alioquin, quandiu poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, iure inteſtati non deferatur. Rurſus, quod magis eſt, patrem, ſemiſſis bonorum taxatione, quam ſupremis ſuis filiæ deſtinauit, apertè deſignaſſe iuſtam ac legitimam hæreditatis ſuæ portionẽ, in quam filia legibus ex æquo cum fratre vocabatur. Pater igitur, qui rationẽ naturalẽ ſolùm indicauit, velut legẽ quandam tacitã liberis parentũ hæreditatẽ adiicientẽ, nihil nunc dedit, ſed datum legibus ſignificauit. Arg. Vlpiani lib. 2. ad Sabinum in l. Hæredes palã §. 1. ff. de Teſtam. Quã ob cauſam fauorabiliter ineuntur pacta de cõſeruanda ſucceſſione, ab iis præſertim, qui velut ad debitam eã poſtliminio reuocantur. Vt Iuſtinianus ſanxit §. vlt. Inſtit. de Legit. agnat. ſucceſſ.

In Francię Regionibus Cõſuetudinariis Teſtamenta, ſunt tantùm Codicilli, vel vice Codicillorum.

ſucceſſ. Nec dicendum eſt, deteriorem fratris conditionem fieri per illud parentis iudicium. Quoties enim ad ius, quod lex naturæ eius tribuit, actio redit, non fit cauſa rei deterior, ſed formæ ſuæ redditur. teſte Paulo lib. 3. ad Edictum. Senatus, inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti, pronuntiauit paternum iudicium implendum iure legati particularis intra modum Regionis Moribus præfinitum, non iure hæreditatis repetitæ ab inteſtato. Areſto. 11. Cal. Iunias An. 1574. ex litigio Franciſci *de Gorreuor* & Ludouicæ *de Malain* vxoris (quibus noſtrum in hac cauſa patrocinium exhibuimus) litigãtium aduerſus Margaretam *de Rie* tutricem nepotum ſuorum. Dudraco litis expoſitore. Quinimo & pactum dotale in ius ſuccedendi reuocatorium Curia decreuit nudi legati vim habere, velut ſpeciem quandam vltimæ voluntatis. Placito Senatus in conſpicua purpura recitato. 9. Kal. Apriles An. 1567. inter Ludouicum Paſſartum & Frãciſcam *d'Archanbourg* coniugẽ hinc, & Robertum *le Chandelier* cum Iana *d'Archanbourg* illinc, contendentes.

Areſtum Die 22. Maij An. 1574. de paterno iudicio ſucceſſionis cõſeruatoria.

Memorabile Placitũ Curiæ Die. 24. Martij An. 1567 Pactũ reuocatorium nepotum ex fratre ad ius ſuccedendi, ad merum legatum trahi.

3 CONIVNCTIM ad hunc tractatum referri poteſt, quæ ſequitur, pactio ſucceſſionis conſeruatoria. Quidam Ruricola filiam nuptam reuocauit in ius legitimarum hæreditatum, quibus ea nuptiarum inſtrumento patrióque Ritu excluſa erat. Idem aliquantò poſt nouiſſima ſcriptura mutauit cauſam præcedentis illius actus reuocatorij, hęreditatis ſuę in totum ademptione. Patre mortuo, filia fratribus mouit interdictum retinendæ poſſeſſionis, quaſi legitima hæres, iudicio defuncti reſtituta poſtliminio in priſtinam cauſam, ac naturale ius ſucceſſionum. Propterea intendit, ſucceſſionis debita portione ſibi pacto ſeruata, non modò omnia hęredum iura ad eam tranſiiſſe, verùm & poſſeſſionem, licet naturaliter comprehenſa non eſſet, ad ipſam pertinere, ex generali Francorum lege Moribus conſtituta. Peræquè enim ſcriptus, vti legitimus hæres, poſſeſſorum loco numeratur: is potiſſimùm, ad quem alioqui lege ventura erat teſtantis hæreditas. Bartol. in l. 3. ff. de legat. 1. Alexand. in l. ex facto §. vlt. ff. ad Trebel. Benedict. in Cap. Rainutius in Verb. & vxorem De Teſtam. Quanquam enim filia dotata, ab inteſtati hæreditate ſummota eſt, paterna tamen voluntate iterum aſcita in iuſtæ hæreditatis partem, eodem loco haberi debet, ac ſi nunquam Regionis Moribus vel conuentione fuiſſet numero hæredum legitimorum exempta. Itaque remoto vel ſublato, quod ei oberat ad ſucceſſionem bonorum, obſtaculo, ſibi ipſi veriùs inteſtati hæreditatem obtigiſſe, quàm ex teſtamento: Inde etiã ſe per omnia hæredibus ſanguinis exæquatã, eorum inſtar, pro hærede poſſidere. Argum. l. ſi pater §. vlt ff. de Manum. vindic. Vbi Accurſius citat pro ratione Legem vlt. Cod. de Pact. Boëri. In Conſuetud. Bituricenſem §. 6. Tiraquel. In. 8. Declarat. 2. Part. Libri, *Mortuus ſaiſit viuum.* Item ait illa, intentionẽ ſuam minimè elidi poſtrema defuncti ſcriptura potuiſſe, quamlibet prioris derogatoria. Patrem enim viuum, pacto,

Vtrum filia excluſa, pacto vel ſtatuto, poſſit tecta via ex poſteriore actu ſucceſſionis conſeruatorio agere interdicto retinendæ.

Succeſſor ex teſtamento habetur pro poſſeſſore ipſo iure ex Cõſuetudine generali Franciæ, quando inſtitutus fuiſſet alioqui legitimus hæres.

Le mort ſaiſit le vif.

nō reſtamento filiam ſuis legibus reddidiſſe ad hæreditaria parentum bona iuſto naturæ voto capienda. Haud ſecùs ac Pictonum Iure Municipali, (quo vtebantur in hac cauſa litigatores) Art.221. filia excluſa poteſt iterum in ordinem legitimorum hæredum redigi paternæ pietatis beneficio. Ita ergo ſemel redactæ hæreditarium ius ſuum auferri (quaſi mutato patris conſilio) neque lex contractus, neque mos Prouinciæ patiebatur.

4 AD ea, petitricis Fratres, ſed paucis, tabulas omnes paternas, quibus filia excluſa denuò agnoſcitur & nominatur hæres, genus quoddam eſſe ſupremi elogij (vt paulò antea retulimus). Atquin teſtamento hæres, non dicitur via recta poſſidere, inſanrùm, vt poſſeſſoriam hæreditatis petitionem ritè poſſit intendere: Niſi is planè fuerit hæres nuncupatus, cui lege etiam ipſa deſtinata erat teſtatoris hæreditas, quique ab ea ſeu pacto, ſeu patriis Moribus contrariis antea non repellebatur. Vt Baldus notat expreſſim In Conſil.181.lib.1. Maſuerius in ſua Praxi. Tit. De Poſſeſſorio §. item hæres qui ſuccedit Et §. item dato. Cæteroquin legitimum hæredem priùs in poſſeſſionem hæreditatis mitti placuit, tum cognita cauſa teſtamentum probari: ac denique quartam partem duplicem, ante hæreditaris reſtitutionem, deduci. Altera enim Naturæ lege debita quarta eſt, altera ex S. C. Pegaſiani beneficio ſeu Trebelliani retinetur, antequam ſcripto hæredi vel fideicommiſſario reddatur hæreditas. Papinian. lib.7. Reſponſorum in l. filiam fratribus ꝟ. ad Trebel. cum Scæuola lib.5. Reſponſ. In l. lineam D. Ad. l. Falcid. Rurſùm actus ſucceſſionis conſeruatorij, cuius præſidio freta ſoror litem inſtituerat, nullam habendam eſſe rationem, infirmati nimirùm ſuprema patris voluntate potiore. Sufficit enim pattem ſpecialiter dixiſſe, prioris voluntatis ſe pœnitere: Quùm nemo eam ſibi dicere legem poſſit, vt ab anteriore ſibi recedere non liceat. Nec libeto patris arbitrio obſtitiſſe Legem illam municipalem, qua parenti concederetur, filiam in iura liberis aliis communia reuocare. Non enim quicquid patris poteſtati permiſſum eſt, id ſubiicitur iuris neceſſitati. Inſuper actum illum, qui patria Conſtitutione parentibus reſeruatur, pro rei natura & qualitate eſſe intelligendum: quia in dubiis cauſis *Statuta* regionum ſumunt interpretationem à Iure Ciuili. Proinde, etſi parer filiam ſibi futuram hæredem ex parte, ſcripto conſignarit, eundem non prohiberi, nuda voluntate poſteriori irritum facere, quod antea geſtum ſit: Aut ſaltem de horum actuū viribus fuiſſe priore loco quærendum, quàm vindiciarum iudicio fratres à ſorore prouocarentur. Areſto demùm, ſoror interdicto ſummota. In quinta Curiæ claſſe Inquiſitoria .11. Kal. Ianuar. An.1571. Pro Vidua Antonij Parui, tutrice liberorum ſuorum appellāte à Pictonum Suppræfecto, (cui patronus operā præſtiti) aduerſus Stephanum *Delinax* & eius vxorem. Dn. *Deſſoubz le four* huius litis enarrator.

Poërius In Decil' Burdegal. 151. ſcribit, ob eaſdem rationes iudicatū fuiſſe a Curiæ Burdegal. Die. 23. Iunij An. 1526. contra ſubſtitutos agentes in hæredem interdicto retinēdæ poſſeſſionis. Quid autē deeo definitum ſit in Senatu Tholoſano, pete ex Benedicto In Cap. Raynutius. Placitis autem Curiæ Pariſienſis indubitatè ſubſtituti & fideicōmiſſarij vniuerſales cenſentur poſſeſſores & ſaiſiti ipſo iure, vt aiūt. Areſto de *Leſtandart*, & Areſto *De Sigoy*, etſi in cōtrarium citetur Areſtum *de Montiſpan*. An. 1561.

Areſtum Parlamenti in. 5. Camera Inqueſtarum Die 21. Decembr. An. 1571.

5 NEPOS Ruſticus mouet querelam inofficioſi, quòd præteritus ſit aui-

Filij renunciatio præiudicet necne nepoti

ſit auitis ſupremis tabulis, quibus alij teſtatoris liberi hæredes ſcripti fuerant in Municipio Foreſij Comitatus. Defendunt hi, fruſtra conqueri nepotem, qui materna repudiatione pridem excluſus eſſet ab hæreditate aui materni. Eam renunciationem non modò effectum habere præpediendæ ſucceſſionis auitæ, iure tranſmiſſionis ex matre in nepotem, ſed & iure proprio, neque hunc denuò ex perſona ſua petere aui hæreditatem poſſe, multo minùs inſtituere querelam inofficioſi teſtamenti. Vt à Baldo relatum comperimus in l. Qui ſe patris Cod. Vnde Lib. Alexand. Conſil. 13. Volum. 5. Hæredem enim ne ſuo quidẽ iure ferendum oppugnantem iudicium defuncti, non eſt legibus incognitum. Vlpiani reſpõſo in l. Si tertius §. vlt. ff. De aqua pluu. arcen. l. Cùm à matre Cod. de rei Vendic. L. ſtipulatio iſta §. 1. ff. de verb. obligat. Haud negant vtique hæredes nuncupati, ad nepotem ſuo iure potiùs, quàm materno, venire auorum hæreditatem: Sed hoc ita procedit, vt morte præuenta matre, nihilo ſeciùs nepos auo ſuccedat: Non autem in hunc caſum, quo mater repudiarit hæreditatem, cuius omittendæ cauſa dotẽ quaſi pretium acceperit. Argum. l. fuit quæſtionis ff. de Acquir. hæred. Et cap. quamuis pactum De Pact. apud Bonifacium. 8. Pontif. Nepos autem ſic eorum argumenta refellebat, nil cauſæ proponi, cur materna repudiatio ſibi præriperet debitæ ſpem auitæ hæreditatis, debitæ, inquam, naturæ legiſque beneficio, non materno. Vnde, etiam ſi pacto repudiationis comprehenſum fuiſſet, renunciãtis filios eodem modo non ſucceſſuros auo: Tamẽ prẹteritione nepotis, velut iniuſta exhæredatione, cui hodie præteritio ẹquipollet, ruptum ac irritum pronunciari teſtamentum oportere. Accur. in l. Pactum quod dotali Cod. de Collat. Bart. in l. Qui ſuperſtitis ff. De Acquir. hæred. Idem in l. in quartam ff. ad l. Falcid. Angel. Conſil. 302. Aretin. Conſil. 144. & 157. Matri viuæ cauſam non defuiſſe reſcindendæ illius renunciationis, tam hercle probabiliter, quàm Actia Variola paternam voluntatem infirmandam curauit apud Iudices centum & octoginta, apud quos hẹc bona paterna repetebat. Auctore Plinio, lib. 6. Epiſt. Sed prudens mater ſciebat, ius filij planè durare in futura hẹreditate aui, perinde ac ſi ſua ipſius renuntiatio impedimento non eſſet filio, auitã olim ſucceſſionẽ adituro. Patres ſecundùm teſtamenti tabellas pronunciarunt. Areſtis Liberalibus, ſeu Nonis Aprilis An. 1568. Hanequino Præſide toga purpurea recitante.

5 TESTATRIX Ruſtica ſcripſit hæredem filium, tanta bẹneuoli in eum animi ſignificatione, vt &, ſi filia improbare conaretur hæredis inſtitutionem, vno contextu dederit, legarit filio bona ſua omnia, de quibus ei teſtari licebat Bleſenſi patria Lege. Diſputatum eſt, an inſtitutione hæredis irrita facta moribus Bleſenſis municipij, rata ſaltem maneret ſubſidiaria donatio. Multi pro donatione reſpondendum exiſtimarent, quùm matri vetitum non fuerit Iure Municipali, res ſuas

in ſucceſſione aui filio ſuperſtitis. Vide Alex. in l. Pactum Cod. De Pact. & in l. Si actionem eod. Tit. & in l Pactum Cod. De Collat.

Minùs dubiũ eſt adhuc, eo caſu quo filia dotata excluditur ſtatuto, non pacto. Nam Statutaria excluſio porrigitur in omnes deſcendentes ex filia excluſa. Angel. in § neque illo In Auten. De Trien & ſemis. Aluar. & Card. Alex. in Cap 1. § hoc autem. Qui feud. dar. poſ. Bal. In l. vlt. Cod. De iniuſ. voc. Decis. Delphin. 228.

Decretum Senatus Die. 5. April. 1568. Nepotem materna renunciatione arceri omnino à ſucceſſione auita. pro Gaſpardo Gaſcone appellãte a Bailliuo Foreſtenſi, contra Ioh. & Anton. *d'Alery* filios Antoniæ Gaſconis, de ſucceſſione Gaſpardi Gaſconis aui materni contendentes.

Si quid lege conſtitutũ eſt, quod teſtator nequeat immutare, nẽpe ob ius vel fauorẽ publicum, tũc pœnæ cauſa relictum à teſtatore ratum non eſt: ſed in his, in quibus teſtator poteſt contra iuris præſcriptum diſponere, putà, remiſſa cautione de

legato præſtãdo, vel conceſſa miſſione in poſſeſſionẽ rei legatæ, tũc valet relictum pœnæ cauſa, in caſum quo hæres tali præcepto teſtatoris contrauenerit. L.1. Cod. de his quæ pœn. Fab. in §. vlt. Inſtit. De Legat.

rite donare, legare titulo particulari. Nec refragatur, quòd anteriore clauſula legatarius fuerit hætes nuncupatus. Quia illicitè adiectum pro non adiecto haberi oporteat, vt licitum petatur. Filiæ item ſanctius eſſe debere, teſtamentum matris honotate patientia, quàm iudicio conuellere. Quod intuenti Aphroniæ religio fuit, cum Pletonia ſorore ſacramento contendere, rametſi hærede ſola indignè à matre inſtituta, vt eſt apud Valerium Max. Filia verò ita cauſam ſuam Iudicibus probabat, quicquid in hætedis pœnam illicitè vel probroſè datum ſit, nullius momenti legatum eſſe. Antoninum Pium Imp. conſtituiſſe, ne pœnæ cauſa relictum teneret. Vt Iul. Capitolinus in eodem atteſtatur. Neque id ſolum, quod in hæredis, ſed ſi quid etiam in cuiuſque lucrum aliquod ex vltima voluntate ſentientis pœnam in teſtamento ſcriptum ſit, nihil valere, quod acti eſt, reſpondit Africanus Lib. Quæſtionum. Proinde legatum illud pœnæ nomine adiectum illicito actui, hoc eſt, nuncupationi hęredis Bleſenſi Conſuetudine reprobatæ, illicitum eſſe conſequenter, nec vllum iuris vinculum obtinere: Iuxta diſtinctionẽ Bart. in l.1. ff. de his quæ pœnæ cauſa relinq. Non eſt enim cõſentiendũ parentibus, qui iniuriam aduerſus liberos ſuos teſtamento inducunt, malignè circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium, vnius ex filiis aliquando delinimentis, inſtigationibúsue corrupti. Id quod acerbè taxatur Platonico Dialogo.11. De Legib. Placuit Senatui, ad quem de ea re in ius aditum erat, filiam donatarij actione abſolui. Decreto pridie Natalis Chriſtiani. An. 1570.

Decretum Curiæ, De iis quæ pœnę cauſa relinq. *Aux Areſtz de Noel.* 1570.

VTVNTVR eo Iure Pariſienſes, ne cui pluſquàm quinam partem 7
liceat patrimonij ſui legare. Vicanus quidam teſtamento tranſcripſit Callimacho vſumfructum omnium bonorum. Incurrit hæſitatio, nûm Lex Municipalis prohibitoria teſtandi de fundis paternis vel auitis vltra quinam partem, producatur ad nudi vſusfructus conſtitutionem. Pro Legatario dici poterit, eum fundum totum noſtrum eſſe, cuius etiam vſusfructus alienus eſt: Quia vſusfructus, non dominij pars, ſed ſeruitutis rectiùs habeatur. Apud Paulum lib. 21. ad edictum. Viciſſim, pro hætede, vrget fauoris ratio debitæ legitimęquè portionis, quæ Ritu patrio ſeruata eſt iuſtis hæredibus in eorum paternis. Hiſdem ergo vllum à teſtatore onus imponi, vel vſusfructus quidem, quo ore poſtulabitur? Gręcis enim legibus Hermenopuli, vſusfructus, pretij triente fundi ipſius æſtimatur. in Tit. De alienatione. Quocirca Iuſtinianus nominatim edixit, legitimam partem hęreditariam, vſusfructus conceſſione, nihilo ampliùs, quàm dominij, eſſe onerandam. In §. prohibemus Authent. de Triẽte & Semis. collat. 3. & in Authent. Nouiſſima, vbi Caſtrenſ. diſertè Cod. de Inoff. Teſtam. Ad hæc, fauorabiliter Iura tuentur à parentibus res relictas hęreditatéque obuenientes, vt poſteris gradatim & agnatis eædem purè ac nudè reſtituantur, naturali velut familię fideicommiſſo: Quemadmodùm id Locrenſium ac Leucadiæ regionis inſtituto cauebatur, de quo Ariſtot. in Politic.

De Patrimonij vſufructu legato.

Lex Hermenopuli ita concepta, ſi dominus velit rem, cuius alius habet vſumfructum, alienare, tenetur pretij triẽtem preſtare fructuario. Sed hoc Magiſter, in iis qui perpetuum fructũ habent, ſtatuit, vt Eccleſia, nõ autẽ in iis qui temporarium.

in Politic. Sic apud Lacedæmonios terram vel prædia abalienare, quæ maiorum vetuſta hæreditate peruenerant ad venditorem, turpitudo non exigua putabatur, neque verò licebat. Ex Heraclide in Politiis. Senatus, apud quem agebatur negotium, partis huius ſententiam amplexus eſt, quę legatarij intentionem elidebat. Areſto an. 1542. Tuderto litem Senatui referente. Cuius tamen Longolius collega, diuerſę tùm ſententiæ aſſertorem ſe fuiſſe memorat in ſuis Areſtor. Collectaneis.

Areſtum Curiæ, in legato vſuſfructu totiꝰ patrimonij, Legitima Statutaria grauari poſſit: Sed quid ſi, contrà, filius hæres in vſufructu tantũ inſtituatur? non valet talis reſtrictio Legitimæ ad vſũfructũ. Barbat. In cap. vlt. De Pignor. Iaſ. in Auten. nouiſſima Cod. De Inoff. teſtam.

8 PRODVCITVR ſupraſcripta Pariſiorum Conſuetudo ad pia legata, ne vltra modum patrimonij, Moribus conditum relinquatur piis locis à teſtatore. Qua de re ex facto incidit ſpecies eiuſmodi. Iac. Bouchetius Præfectus Ratiociniorum Pariſienſ. teſtamento contulit varia legata in plurimos, deinde ſubiecit. RESIDVA MEA TAM PATRIMONIA, QVAM ACQVISITA, PAVPERIBVS HÆRES MEVS DATO. Procurator fiſci enixè intendit, legatum hoc integrum eſſe pręſtādũ, nulla patriorũ bonorũ detracta portione: perinde ac Falcidię deductionẽ à cauſa pia ſuſtulit Iuſtinianus, in Authent. ſimiliter Cod. ad leg. Falcid. Summã eſſe rationem, quæ pro religione, aut pietatis intuitu facit, vt in ambiguis quæſtionibus ſecundùm pauperes legatarios reſpondeatur. Ad ea Hæres, multùm ineſſe diſcriminis inter Falcidiam, & Legitimã debitámque portionem Municipij Iure ſancitam. Illam enim verum eſt non pertinere ad ea, quę Deo relinquũtur. Nouella conſtitutione Legis Falcidiæ derogatoria, in l. 1. §. ad municipum ff. ad l. Falcid. Hac verò, conſtat minui legata pia, & teſtamentum præteritione rumpi vel exhæredatione, pauperibus tametſi hæredibus inſtitutis. Iuſtinianus in l. Quoniam in prioribus Cod. de Inoff. Teſtam. Bart. in l. Papinianus §. ſi imperator ff. eodem. Accur. in l. Si quis ad declinandam Cod. de epiſc. & cler. Ergo licet verba deficerent, ſententiam Conſuetudinis prohibitoriæ locum habere in piis cauſis. Re admodùm concertata, cenſuit Curia exactiùs deliberandum, ac interim res mobiles cum patrimonialibus (harum dempta parte quinta) vænire decreuit, ad æs alienum exoluendum. Sexto Idus Auguſti An. 1538.

Patria, ſeu propria bona.

Placitum Senatus Die. 8. Auguſti. 1538. De patrimonij totius legato in piã cauſam facto.

Aut teſtamentũ eſt imperfectum ratione ſolẽnitatis, vtpote non lectũ nec teſtibus publicatum à notario, tunc valere non deſinit in piis cauſis. Bart. In l. fideicommiſſa §. quoties ff. De leg. 3. contra Bal. In l. ſi is qui ff. De Teſtam. Sin verò imperfectũ ſit ratione voluntatis, vt quia teſtator non habuiſſet teſtamentum ꝙ pro abſoluto, Tunc etiã piũ legatum nullum eſt, vt conſtat poſt tot alios ſcriptores ex Boërij Deciſ. Burdegal. 93.

9 CERTI iuris eſt, legatum pium non omnibus adſtringi teſtamentorum formulis, nec idcirco inutile eſſe, quòd Legum ſolennia ipſi defuerint. Decreto Roman. Impp. in cognitionibꝰ ꝓlato, de quo Paulus in l. in teſtamento ff. de Fideicom. Libert. Et Gregorij. 3. reſſcripto in cap. indicante Cap. relatum De Teſtam. Bart. & Bal. in l. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Quid in Galli hominis teſtamento pio, qui Legi cuidam Municipali ſubiicitur? Planè quùm magna iam ex parte Moribus noſtris imminutæ fuerint Teſtamentariæ formulæ, ſtrictæque regulæ Iuris Ciuilis, ea ſaltem ſeruanda venit ſolemnitas, quam mos Prouinciæ teſtamentis generatim indixit. Rurſus annotatione digna nobis ea quæſtio viſa, nùm apud Gallos voluntas eius rata habenda ſit, quem ſine literis piè hoc modo teſtatum fuiſſe proponi-

Noſocomium, Valetudinarium.

tur, & vt plerumque ſermonibus fieri aſſolet, his affatum monentes ſacerdotes, EGO NOSOCOMIVM HÆREDEM FACIO, aut EI BONA MEA RELINQVO. Variis enim S. conſultis Edicta Aurelianen. & Molinenſ. hanc receperunt interpretationem, ne cuiuſuis ſcriptum etiam teſtamentum valeret, niſi ipſius ſigno anulóue obſignatum: licet regionis conſuetudo æqualem planè auctoritatem tribueret ſupremæ voluntati, quare non teſte approbatæ. Ea de cauſa Durandus & Maria *Leboſſu* hæredes legitimi ſtrenuè defendebant in Senatu, non oportere hoc pro teſtamento obſeruari, quod Berruerium Lutetianum morientem ita locutum, vt ſuprà, allegaretur, déque facti veritate, tanquam inefficacis, vlteriùs non inquirendum. Etenim Diuus Traianus Statilio Seuero reſcripſit, noſtra omnium intereſſe, vel eorum quibus priuilegia data ſunt, huiuſmodi exemplum non admitti: Alioquin haud difficulter poſt mortem alicuius teſtes exiſterent, qui adfirmarent, ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona cui viſum ſit, & per hoc iudicia veta ſubuerterentur. Thuano, contrà, Fiſci patrono ac Pauperum, contendente legata pia verbis Edictorum Regiorum non contineri, nec vllam quidem in iis ordinandis ſolemnem formã requiri ſanctione Pontificia, quam Pariſienſis Conſuetudo in talibus legatis voluit ſpecialiter obtinere. Senatus rem ad conſilium retulit, Briſſone hæredum cauſidico. 7. Kal. Quintil. An. 1574. ſed paulò poſt Curatores pauperum cauſæ ſuæ diffidentes ita decidunt negotium cum Maria *le boſſu* matre defuncti, vt erogatis centum & quinquaginta libellis Franciciſ, Maria iudicio fuerit abſoluta. Idibus Quintilibus Eod. An.

Areſtum Die 25. Iunij. An. 1574 De legatis pauperibus relicto.

Die. 15. Iulij. An 1574.

Conditionem maternæ originis peregrinę filiis non nocere in bona paterna ſuccedentibus.

Si Tabulæ Teſtamenti nullæ extabunt. Vnde Liberi. CAP. 8.

Lex 12. Tabular. & Prętoria.

Quid de Franci hominis filio in Luſitania nato & educato, qui in Franciã veniens velit retrahere rem in Francia a patre venditam, qui paulo ante filium hunc rediderat ſeque vendiderat? Ferronus putat filium retrahere poſſe In § 17 Tit. De Retractu In Conſuet. Burdegalen. per l. filios C. De municip. & originar. Lib. 10. Et l. Ciues C. de incol.

IVDICIIS teſtantium explanatis, loquamur de hęreditate ab inteſtato, ex eo ordine, quem & Lex Decemuirûm, & Prætores deinde ſunt ſecuti. Agricola Gallus liberos ſuſtulit in Regno Gallico ex vxore peregrina, nunquid liberi à bonis paternis, velut alienigenæ, arceantur? Mouebat dubium, quòd Iure Gentium ſpectetur matris conditio in ſtatus controuerſia liberorum, quæ vulgò de hæreditatibus cognitioni præiudicium facit. Vlpiani lib. 15. ad Edictum in l. Si quis libertatem ꝟ. de Petit. hæred. Neque id modò procedere videtur in iudicio liberali ſeu ingenuitatis, verùm etiam in iure ciuitatis conſtituendo, vt materna origo conſideretur. Celſus enim refert, Ponticis ex beneficio Pompeij Magni competere, vt qui Pontica matre natus eſſet, is Ponticus foret. Ilienſibus itidem tributum ac Delphicis, vt qui matre Ilienſi eſt vel Delphica, ſit eorum municeps. Vtique pariter definiendum eſt, alibi nata matre extra Gallici Imperij fines, eius liberos quamuis ſuſceptos in Gallia, matrem ſequi, tãquam ex minùs iuſtis nuptiis procreatos. Quemadmodùm

modùm enim iure connubiorum vetabatur,ne Romanus niſi Romanam duceret,in Inſtitutionibus Iuſtiniani:Sic non cuiuis Franco liberũ eſſe debet,ſine Principis permiſſu coire nuptias cũ aduena muliere, eámque in Regnũ abducere,quò liberi inde progeniti rebus ſoli Gallici potiantur.Quùm enim nati ex ea fœmina, quî cum ius connubij non fuit, patrem minimè ſequantur,pro liberis manere nihil oportet. Vt eſt apud Cicer.In Topic.

> Campanis petentibus,vt ſibi ciues Romanas ducere vxores liceret,hoc Ius Connubiorum permiſſum fuit à Pop.Rom.Vt ait Liuius In Bello Punico. 2.

2 A LIBERIS, ex diuerſo,adducebatur in medium, nihil commune eſſe paternæ hæreditati cum materna,vtrumque patrimoniorum genus & perſonis & regionibus planè diſtingui. Hinc matris conditionem filio officere in paternis facultatibus non debere. Quinimo paternam conditionem liberi ſubeunt omnimodò, ſiquidem ex legitimis nuptiis fuerint orti. Vt Celſus inquit Lib.29.Digeſtorũ in l. Cùm legitimæ ff. de Stat.homin. Atqui Romana etiam lege coniugium finitimis externíſq; dari ſolebat:auctore Canuleio tribuno plebis,Apud Liuium.Narrat pariter Strabo,Romanos & Albanos ſumma inter ſe connubiorum neceſſitudine fuiſſe deuinctos. Ne hîc Dionyſium cõmemoremus,qui bello Latino poſt Reges exactos geſto, multas Romanas mulieres apud Latinos,& Latinas apud Romanos ſcribit extitiſſe,factáque poteſtate,vt omnes,relictis maritis , ad parentes redirent,nullam Latinam à Romanis,pleráſque Romanas à Latinis diſceſſiſſe.Senatus patris Galli hæreditatem filio ex aduena matre adiudicauit.10.Kal.Sextil.An.1540.In tranſuerſaria autem Franci hominis ſucceſſione nota obiter, cognatum Regnicolam propinquiori aduenæ anteferri: quantumuis ille ſit cognationis gradu remotior, & hic delata hæreditate ius indigenarum impetrarit à Rege. Areſtis Curię Septembribus An.1535.Cuiuſmodi Gallicę ciuitatis diploma irrogari ſolere à Principibus noſtris,diximus lib.1.*De Domanio Franciæ.* Nec ſingulis tantùm peregrinis,ſed etiam externo alicui Municipio vel Oppido conceditur Ius illud prouinciæ.Interdum & hoc minimè neceſſarium fore declaratur à Rege antiquis Ciuitatibus iuris Gallici, quæ in extranei Principis ditionem redactæ fuerunt. Nam alioquin ciuium noſtrorum numero ac popularium non ſunt habendi,qui *de facto non obediant*. Verbis Fabri in §.Omnes populi In Proœm. Inſtitut.Et in l. Cunctos populos Cod.de Summa Trinit. l. 1. Cod. de Commerc. & mercat.Cap.1.de Pace Tenend.In Feud.Verùm haud ita diu Aueniorenſes obtinuerunt à Karolo.9.declaratorios Iuris Prouincialis codicillos Mẽſe Nouẽb.An.1567.quos eueſtigio Senatus Pariſiẽſis cõprobauit iuſſitquè promulgari.11.Kalend.Ianuar.eod.An. ſed mutua lege præſcripta,vt Galli viciſſim in Aueniorenſi Agro iiſdẽ Priuilegiis vtetur.His applicatur eiuſdẽ Principis pro Biarnẽſibus diploma,purè aſſertoriũ cõmunis Biarnẽſiũ,vt Francorũ ciuium originis,quoſque iuris Frãcici Gallicq; noſtrę indigenas Rex teſtatò fuit profeſſus.9.Cal. Octob.An. 1571. Quod Lutetianus itidẽ Senatus decreuit.6.Idus Sex-

> Decretum Senatus Die.23. Iulij.An.1540. paternam hæreditatem filiis extraneæ matris adiudicãs.

> Areſtum Curię die.7.ſeptemb. An.1535. remotiorem Regnicolam In iure hæreditatum præferri extraneo propinquiori.

> Aueniocenſes, ſeu Vulcę apud Ptolemæum lib.2.Cap.10.

> Verificatio in Parlamento Die.22. Decẽb. An.1567.

> Biarnẽſes,originarios Francici Regni ciues cenſeri, pręſertim ob antiquam amicitiam & conſanguinitatẽ Regis Franci & Nauarri.

> Reſcriptum Gallicum pro Biarnenſibus Die.13.Septemb.An.1571.

Decretum Curiæ Pariſ. die. 8. Auguſti An. 1573.

tiles An. 1573. pro Fabritio *De Nauailles* Biarnẽſi, agnato Biarnenſis defuncti hærede, aduersùs Renatum *De Germaincourt* dominum Iuridicum, ex appellatione à Cenomana Prætura, cuius municipali Lege, Iuridicus quilibet ſibi vindicat in ſuo Territorio peregrinorum in bona ſucceſſionem. Quibus conuenit anterior Curiæ Rothomagenſis

Areſtum Parlamenti de Rouen Die. 7. Iunij An. 1561.

Sententia in iiſdem cognitionibus prolata, ſecundùm Wilelmum *De Planes* Biarnenſem, contra Regium actorem Senatus Normanici. Septimo Idus Iunias An. 1561. Nec abs re profectò, quùm Bearnenſes, qui Francis hominibus amicitia ſocietatéque vitæ coniuncti ſunt, exteris minimè accenſeantur. Nam vt hoſtis à Maioribus is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus (teſte Cicer. 1. Offic.) Ita peregrini verè exiſtimantur ſoli, à quibus hoſtilia tantùm expectamus, quòd nullo nobiſcùm fœdere conſtantis beneuolentiæ ac neceſſitudinis vinculo copulẽtur. Vnde Hermocrates Siculus in Oratione, quam Thucydides recitat, mordicùs aſſeruit, ſocios & fœderatos populos in alienigenis non eſſe numerandos. Hiſt. lib. 4. Cap. 8.

Placitum Curię Die. 8. Martij An. 1547. pro ſtatu liberorum ex illicito patris coniugio editorum.

LIBERI item de Statu ſuo quæſtionem paſſi ſunt in petitione 3
hæreditatis, cùm argueretur, eos ex ſecunda Ruſtici patris coniuge, priore viua fuiſſe progenitos. Hi autem illicitæ patris coniunctioni obtendunt matris bonam fidem, maternámque alienarum nuptiarum ignorationem. Quippe quùm pater ex alia Regione commigrans in hanc viciniam, nouas inierit nuptias cum ſecunda vxore prioris coniugij prorsùs ignara. Conſcripti Curiæ liberis controuerſam hæreditatem addixerunt. Octauo Idus Martias An. 1547. Dn. Regius litis enarrator. Eòdem recidit Decretalis epiſtola Innocentij. 3. Ex tenore Qui fil. ſint legit.

Les Seurs griſes, du tiers Ordre de S. François.

ISTA quidem de profano, quid de ſacro liberorum ſtatu? Vtpu- 4
tà, Sororum de pœnitentia, quæ tertio Ordini D. Franciſci ex votiuo ſacramento obligantur. Communis fert opinio, eas propterea legitimarum hæreditatum aditione non prohiberi, quòd earumdem

Decreta Supr. Cur. pro Sororibus Franciſcanis tertij Ordinis, quę ideò iure hæreditatum legitimarum non priuantur.

diſciplinam ac Inſtituta, quæ Franciſcus ordinauit quondam, Nicolaus. 4. Pontifex comprobarit. Tales enim ſanctimoniales vni è tribus, ſacræ paupertatis voto non ſolent adſtringi. Id quod facilè colligas ex conſtitutione Clementis. 5. Pontif. In Concilio Vienneñſi De Senten. excommun. Cap. cum ex eo. Bartol. in Tract. Minoric. Neque iis abſimilem ſententiam Gallici Senatus in iudiciis complexi ſunt. Pariſienſis videlicet, Areſto. 4. Kal. Iunias An. 1548. con-

S. Conſultum Pariſiẽnſe Die. 29. Maij. An. 1548. Et Tholoſanum Die. 20. Mart. An. 1567.

trà dominam *de Bazauges*. Tholoſanus item, Decreto. 13. Kal. April. An. 1567. pro Iacoba Fuxenſi, monacha tertij illius Ordinis in Conuentu regulari Mirabelli Andium oppiduli. Burdigalenſis denique, Placito Curiæ. 10. Kalend. Iunias An. 1570. pro eadem Iacoba, aduerſus Fridericum Fuxenſem Candaliæ Comitem. Iacobæ e-

Areſtum Curię Burdigalen. Die. 23 Maij An. 1570.

nim fuit tum legitima naturæ portio in bonis paternis adiudicata: ſicut & in maternis, Tholoſano Decreto ſuperiore. Sed rem ita puto diſtinguendam

ſtinguendam cum aliis pleriſque Fori noſtri conſultiſſimis, vt ſi hæ ſacræ Virgines communium parietum clauſtris ſeptæ teneantur, ex voto, quod aiunt, *vouer cloſture*, tunc iure legitimatum hęreditatum priuentur omninò: Sin minùs, eędem illę Ciuili Iure profanorum vtatur.

Deſcendentium hæreditate expedita, nunc Aſcendentium diſcutienda eſt.

QVANQVAM parentibus non debebatur filiorum hæreditas veteri Iure propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem: turbato tamen ordine mortalitatis non minùs parentibus, quàm liberis ſubuentum eſt, Principum Rom. conſtitutione. Filius, execto matris vtero, editus eſt quinto menſe. Pater Agricola inſtituit hæreditatis petitionem filij de rebus mobilibus & maternorum bonorum vſuſtuctu, quem Cæſareę Leges, Municipiorúmque Galliç non paucæ ſuperſtiti patri attribuerunt. Spirare enim viſum filium, quàm primùm natus fuit. Sufficere ergo, hunc matri vel momento ſuperuixiſſe, vt ei pater in bona ſuccederet, de quibus agitur, eáque moriens ille ad parentem tranſmitteret. Quemadmodùm Iuſtinianus edixit in l. Quod certatum Et Diocletian. l. Vxoris abortu Cod. de poſthum. hæred. inſtit. Imò etſi non integrum animal exortum ſit, cum ſpiritu tamen, rumpit teſtamẽtum. Vt ab Vlpiano reſponſum eſt, lib. 9. ad Sabinum l. Quod dicitur ꝟ. de liber. & poſthum. L. ea etiam ꝟ. de Verb. ſignif. l. 1. §. ſi qua prægnans deceſſerit, & vtero exſecto partus ſit editus, in ea conditione eſt partus iſte, vt matris ſuæ accipere bonorum poſſeſſionem poſſit ꝟ. Vnde cogn. Extant namque plurimorum exempla, qui cæſo matris vtero vitæ ortum lucemque acceperint. Apud Plin. Natur. Hyſtor. lib. 7. cap. 9. Propinqui matris, contrà tendere, Quinto menſe natum nequiiſſe vitalem ducere ſpiritum. Saltem paria eſſe, viuum non naſci, aut ita naſci, vt viuere nõ valeat, ſed mox abſcedat è viuis. Nec ab eo rũpi teſtamẽtum ſenſit Caſtrenſ. in cita. l. Quod certatum per l. Septimo mẽſe De ſtatu homin. Ad ea Pater, cauſæ ſuæ ſuffragari omnium penè calculos Iuris profeſſorum, ſemeſtri vel octimeſtri partu infantis, licet ilicò pòſt mortui, ruptum fieri teſtamentum. Angel. in l. penul. Cod. de Impub. & aliis ſubſtit. Bald. Cõſil. 113. Volum. 3. Vnde Maſſuri⁹ auctor eſt, L. Papyrium prætorẽ, ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionẽ contra eum dediſſe, cùm mater partum ſe. 13. mẽſibus tuliſſe diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatum ei videretur. Ex Gelliano Lib. 3. Cap. 16. Nec mutat igitur partus intempeſtiuitas quinto menſe, quò minùs vixiſſe & ſpiraſſe fœtus rectè exiſtimetur. Nam Hippocrates belliſſimam regulam hanc tradit de motu pueri. Dies à conceptione ad formationem duplicari indicant diem motus. Poſtea triplicari dies motus indicant diem edendi partus: Scilicet fœtus formatus 45. die, mouetur nonageſimo, & editur. 9. menſe. Haud aliter Diogenes Apolloniates apud Cenſorinum ait, corpus maſculi quatuor menſibus formari, & fœmineum, quinque. In Lib. de Die Natali. Tantæ quæſtionis Analyſis fuit hæc,

In mouẽtib & acquiſitis à filio pater ſuccedit moribꝰ noſtris, non in patrimonium: Niſi ab ipſo patre vel matre ſuperſtite hoc patrimonium fuiſſet profectum collatúmque in filium donatio ne propter nuptias, dote, aut ſimili titulo. Tum enim proprietas rerum donatarum redit ad parentem donatorem, non ad fratres l. 2. Cod. de bon. quę liber. Ita definitum Areſto Die. 5. Auguſ. An. 1558 interpretante Pictonum Conſuetud. Inter Bonauẽturam *De Rezay* matrem Iacobi *Caillteau*, Et Robertum *De Montanſier* Iacobi hæredem ex tranſuerſa linea.

Vide Boërium in Deciſ. 210. An natus ſexto, vel octauo Menſe, qui viuere non poteſt, habeatur pro nato, ad rumpendum teſtamentum, & alia.

Temporis varietas in puerperiis mulierũ ab Aulo Gellio ibidem arguté explicatur.

Arreſtz de la Chandeleur.

Curia patrem filij hæredem pronuntiauit. Atesto in peruigiliis *Purificatæ* Virginis matris. An. 1535. Iohanne Preuoſto, & Talone inuicem altercantibus. Vulgari tamen rerum naturalium fluxu certum aliquod conſtare tempus pariendi, oſtendit vel Quintiliani locus, ſcribentis quædam eſſe, quæ nec negari nec defendi, nec transferri poſſint. Adulterij rea eſt, quæ cùm anno vidua fuiſſet, enixa eſt, lis non erit. Inſtitut. Oratoriar. Lib.5. Cap.13.

De Conſuetudine inquiritur duarum turbarum teſtimonio, cùm Articulus Cõſuetudinis libro adſcriptus ambiguus eſt, non vt localis vſus Patriæ factum recipiatur præter vel contra ſcripturam.

Areſtum interlocutorium *d'informer par turbes de l'vſance d'vne Couſtume* Die 12. Iulij An. 1537.

Avvs & auia Ruſtici, patris appellatione matriſve demonſtrantur. 6
Sed an nepotis hæreditatem capiant, extante Pariſienſium Conſuetudine de ſucceſſione patris ac matris in bona liberorum? Caſus hic quùm omiſſus ſit Iure Municipali, Romano eſt explicãdus, repetita Iuſtiniani cõſtitutione Nouella in Authent. Defuncto Cod. ad S.C. Tertyllian. in Verb. parentes, & Vet. aſcendentibus gradu proximis. Atqui Caius Caſſius vſque ad tritauum parentes appellari ait, ſed & in infinitum: quod honeſtius eſt, ac meritò obtinuit. Ideò nepoti auum vel auiam ſuccedere putat Caſtrenſ. Conſil. 344. Bened. In cap. Raynutius De Teſtam. Et ad huiuſmodi ſententiam humanitate ſuggerente decurſum eſt à plurimis. Curiæ tamen Conſcripti, audita patronorum actione, interlocuti ſunt, de modo vtendi turmatim ac decuriatim inquirendum. 4. Idus Quintiles An. 1537. Fabro & Thuano, partium aduocatis.

Vtrum tacita pupillari ſubſtitutione frater matri anteferatur ab inteſtato venienti.

Certum eſt verò, matrem expreſſa pupillari ſubſtitutione excludi ſecũdùm à bonis paternis, ſed & ab iis quę pupillo obuenerant ex linea materna. Bal. Alex. & Imol. in § ad ſubſtitutos l. ſed ſi plures ff. de Vulg. Patri ſubſtituendo filio poteſt matri præiudicium inferre, etiam in legitima l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de inoff. teſt. & ibi glo. Cap. Si pater De Teſtam. in 6 Bal in d. l. Precibus.

Et hæc planè ad ius legitimarum hæreditatum referuntur, quid de 7
teſtamentariis? Vtrum mater excludatur à fratre defuncti pupillari tacita ſubſtitutione. Verbi gratia, Ruſticus duos filios hæredes ſcripſit ex aſſe, eóſque inuicem ſubſtituit. Alter ex his Titianus, quem pater anniculum reliquit, poſt patris obitum impubes deceſſit, ſuperſtite matre & fratre, quem etiam cohæredem habebat. Diſpiciendum eſt, an hæreditas eius ad Mæuium fratrẽ ex cauſa ſubſtitutionis pertineat, an verò ad matrem. Notum eſt vtique, ſubſtitutione, de qua quęritur, non modò primum caſum haud exiſtentium liberorum nominatim contineri, ſed & tacitè ſequentem hunc, ſi quis eorum poſtea diem obiiſſet infrà pubertatem. Quo in concurſu duplicis ſubſtitutionis, videbatur adhuc expeditum, matri hæreditatem filij competere ab inteſtato, nec eam à fratre depelli tacita pupillari ſubſtitutione. Accurſ. Salycet. & Caſtrenſ. In l. vlt. per eum textum Cod. de Inſtitut. & Subſtitut. Tum in l. Precibus Cod. de Impub. & ali. ſubſtitut. Quod & pro impuberis patre Bartolus cenſuit cuſtodiendum in l. Moribus ff. de Vulgari. Eius tamen partis ſententia Curiæ diſplicuit; occurrente etiamnum leuioris cauſæ argumẽto, quùm frater poſtremo elogio fratrem ſubſtituiſſet vulgari clauſula, in qua inerat tacita pupillaris. Nã etſi teſtator idem, matris ſuperſtitis filius eſſet, nõ eiuſdẽ ſocer aut maritus, (vt in ſuperiore hypotheſi) Iudicio certè decretum eſt, fraternis tabulis ſubſtitutum, matri præferendum, inteſtato veniẽti: Iſtîc videlicet ſumpta vo-

pta voluntatis defuncti quamlibet leui coniectura, teſtantem malluiſſe fratrem habere, quàm matrem ſucceſſorem. Areſto Senatus celebri more prolato, Pridie Kalend. Ianuar. An. 1554. In Curiæ Semeſtribus. Cuius ſententiæ ſit pro ratione, voluntas præſumpta teſtatoris. Iuxta l. in teſtamẽto in fi. Cod. de Teſtam. milit. Accur. in cita. l. Precibus Benedict. In Cap. Raynutius in Ver. ſi abſque liberis moreretur. Plura in materiem hanc pertexuit Lancel. Politus, in Lib. Subſtitution.

Arreſtum Curię die vlt. Decẽbr. An. 1554. *durant les Semeſtres de lad. Court.*

A Directis ſucceſſionibus ad Tráſuerſarias, Núm ius ſuccedatur *par teſtes, ou par ſouches.*

8 VETVS fuit quæſtio in laterali hæreditate, an Villici cognati gradu pares æqualiter patruis ſuccedant inteſtato mortuis, hoc eſt, in capita, non in ſtirpes, etſi intra gradum, quo patrum vices tenere liceat, ex Lege prouinciali. At ſæpenumerò decretum eſt, ſucceſſionem viritim dari ac capitulatim, non iure ſtirpis ac repræſentationis. Decreto Curiæ. 3. Idus Martias An. 1522. Iohanne *le Camuſat*, & vidua Iani Gaucherij cum aliis, hinc inde diſceptantibus. Ex Biturigum municipum Regione. Tum Areſto. 9. Cal. Februar. An. 1544. & pridie Kal. Quintiles An. 1547. Hilario Paſtorello, & Petro *Leſec* litigantibus de hæreditario iure bonorum Carnutenſium, vbi recepta eſt ac repetita ex Iuſtiniano liberorum ſubrogatio in vtriuſuis parentis locum, vſque ad fratrum filios. Dn. *Senneton* huius litis enucleator. Atque ita de eo, ne ambigeretur poſtea, Senatuſconſultum factum, Azonis opinione, contra Accurſium & eius ſequaces in Authent. Ceſſante Cod. de Legit. hæred. Bart. in l. Poſt conſanguineos §. hæreditas ff. de Suis & legit. Quam Azonis ſententiam firmare videtur auctoritas Nouellæ Conſtitut. De hæred. ab inteſt. venient. §. ſi igitur defunctus Verſ. huiuſmodi, vbi, fratrum filij ita demùm perſonam patrum ſuſtinent, ſi cum patruis concurrant ad ſuccedendum.

Iudicium Curiæ Die 13. Mart. An. 1522.

Areſta Die. 24. Ianuarij. 1544, & Die vltima Iunij 1547.

Repræſentationis beneficio vtantur ſoli fratrum filij cũ patruis ſuccedentes.

Familiæ Herciſcundæ.

CAP. 9.

1 HÆREDITAS legibus delata, vt ſ. diſtribuitur inter Ruſticos cohæredes, per familiæ Herciſcundæ actionem. Sed ita, vt nepos, qui paternam hæreditatem repudiauit, ad auitæ diuiſionem nõ admittatur, niſi dotem vel donationem in medium conferat, quam pater matérue ab auo, dum viuerent, acceperit. Areſtis Sextilibus An. 1564. quæ Harleyus in Senatu Præſes conſpicua in purpura recitabat. Idem à Iuſtiniano Imp. ſancitum l. illã Cod. De Collat. Officio rurſus iudicis familiæ Herciſcundę continetur, annis grandiorem non modò natalitij primatus in diuidundo iura conſequi, ſed & in ſubdiuidenda hæreditate. Vt putà, Seiæ liberi ex tranſuerſis gradibus auunculo ſucceſſere cum matertera, gradus nempe materni repręſentatione: Partibus inuicẽ ex ęquo diſtributis, eo quòd inter fœmineos hęredes iura primigeniorum eſſent ignota, nunc agitur ſecunda rerum partitio Seiæ liberos inter ipſos. Primogenitus intendit, maternam portionem ſeu ſemiſſem hæreditatis illius, quę

Quinam ſint hæredes quũm dictum ſit, nunc inter cohæredes quid iuris, vidẽdum.

Placitum Curiæ Die 14. Augusti. 1564 De dote vel donatione propter nuptias, filio vel filiæ data, à nepote conferenda in ſucceſſione aui, quãuis nepos patris heredem ſe non geſſerit.

ex tranſuerſo limite ipſis vniuerſim obtigerat, in rectum deinde limitem fuiſſe deuolutam & in ius directæ ſucceſſionis maternæ inter liberos: quam ideò veluti nouam, directam, maternam debeant partiri ſigillatim cum natalitia maſculi prærogatiua. Se quippe & communes fratres nouo quodam ac diuerſo iure coniunctos eſſe, ſeorsùm à matertera, quî cum lateralis priùs diuiſa fuerat hæreditas. At primigenij cohæredes contrà niti, ſpectandam eius qualitatem, cuius morte ad omnes hæreditas legibus redierit. Huius bona æquis portionibus fuiſſe diuiſa cum matertera, auunculi ſucceſſione ex tranſuerſa linea, non directa: quùm materni quidem gradus repræſentatione vocati fuerint ipſi ad auunculi hæreditatem, ſed non idcircò materna fuit ſucceſſio, matriſue fratri ſuccedentis, qui ſorori diu viuus ſpiránſque ſuperfuit. Senatus, cauſa ad amuſſim excuſſa, ſecūdùm natu maiorem iudicauit. 18. Calend. Maias An. 1537. Ægidio Iordano cum ſororum ſuarum maritis litigante. Dein alio Curiæ placito. 17. Kalend. Iunias An. 1567. inter Catharinam *Morlot* viduam Renati *de Baugi*, & Catharinā *de Baugi* viduam Iohannis *Boynart*. Bailleto Præſide ſolenni ritu palam proferente.

Senatuſconſultum Die. 14. April. An. 1537. Pro Iure Primigeniorum.

Placitum Senatus Die. 16. Maij. An. 1567.

Vnica domo feudaria extāte in hæreditate, nihilo minùs eam primogenitus integrè accipiet per præceptionem.

Iſtud manerium principale vulgò vocatur *Curtis*, Lib. 1. Cap. 14. Hiſt. Slauorum. Ipſe quidē (inquit) villas ampliſſimę poſſeſſionis accepit, & prædia colonis exercenda diſtribuit, habuitque præter alias, curtes duas nobiles, vnam in villa publica quę dicitur Bozo &c. Hinc Pares Curiæ, & Pares Curtis.

LEGE Municipij Pariſienſis attributum eſt primigenio ſolidum vnius ex prædiis clientelaribus ædificium. Mox in diuidunda Meuij Agricolæ hæreditate, compertum eſt, plebeias eſſe res omnes, non beneficiarias, dempto prædio vrbano ſeu vnica domo Lutetiæ ſita: Agitatur, nûm hanc ſolido pręcipui iure Primogenitus poſſit auferre. Quidni? Nam quod ait Lex (*manoir principal*) non vtique id exigit, multas ædes ſeu fundos nobiles extare hæreditarios, vt grandior natu vnas ædes integrè præcipiat. Conſimili enim ratione proximum adgnatum interpretamur etiam eum, qui ſolus eſt, quique neminem antecedit. Tryphonino auctore, lib. 21. Diſputationum. Et ſupremus non is tantùm, qui poſt aliquem, ſed & poſt quem nemo ſit, intelligitur: Sicuti, ex contrario, proximus non ſolùm is, qui ante aliquem, ſed is pariter, ante quem nemo exiſtat, ſignificatur. Ex Africano lib. 4. Quæſtionum. Neque his impedimento eſt vulgata theſis Pontificij Iuris ſcriptorū, *Beneficium monoculum non cadere ſub nominationibus*. Ioh. Andr. In Clem. 1. de Pręben. Archydiac. in Cap. Si pro clericis De Pręb. in. 6. Ioh. Monac. in Cap. Generali De Reg. Iur. eod. lib. Deciſ. Rotę. 220. & 241. Guymerius in Cōmentar. Pragmat. Sāction. Tit. de Collat. in verb. turnum. Quod rectè ideò conſtitutum fuit, quia Eccleſiaſtici Patres Academica nominatione oneratos noluerunt collatores ſacerdotiorum Concilio Baſilienſi, niſi certo modo duntaxat, & triente tenus ſacrorum beneficiorum, quæ ab Ordinariis ſuo iure arbitrióque poſſent erogari. Ex quo facilè colligitur, eum, cui vnius tantùm ſacerdotij competat donatio, nominatione grauarum non videri. Aſt hæc omnia longiſſimè abſunt à feudi ſpecie propoſita, & à verbis mentéque Conſuetudinis Pariſienſ. ſupradictæ. Quapropter in illo 2

in illo iure Primigeniorum, de quo certamen erat, Senatus totam domũ beneficiariam ſtirpis maximo per præceptionẽ addixit. Areſtis Septembribus an. 1571. pro Cordello, regio in Curia apparitore. Idem peræquè ſeruatum fuerat antea ab Ord. Ampliſſ. Montfortiani Iuris municipalis interprete. 8. Kal. Iunias An. 1554. Cuiuſmodi Senatuſconſultum fuit tum quoque ſolenni ritu propalam pronuntiatum.

Decretum Senatus pro maiore natu in præceptione Ædiacij clientelaris. Die 7. Septemb. An. 1571.

Areſtum die. 25. Maij An. 1554. *ſur la Couſtume de. Monfort lamaury.*

3 ADEO Primigeniorum ratio conſtans habetur, vt primogenito hæreditatem abnuente, ſecundus in eius locum ſufficiatur, cum priuilegiaria certorum bonorum præceptione, velut ſucceſſorio quodam edicto. Decretis Curiæ Sextilibus An. 1567. quæ Seguerius Præſes ex more pro tribunali recitauit, adiecta hac clauſula, CITRA PRÆIVDICIVM VRBICÆ HONORARIÆQVE NOBILITATIS DECVRIONVM VRBIS PICTONICÆ, QVOAD IVS CERNENDÆ HÆREDITATIS IN TERRITORIO PICTAVENSI. Inter Robertum *De Burle'*, Nicolaum *Maſſonges* tutores Michaelis *De Burle*, & Catharinam *de Beauchamp* viduam Iohãnis *Rat* conſiliarij vrbis Pictauen. altercantes. Scilicet Pictonicæ vrbis Decuriones à Regibus adſcripti ſunt in nobilium ordinem, perpetuáque donati nobilitate, in poſteros Tribuniplebis cuiuſque tranſmittenda. Menſe Decemb. An. 1372. Quale Nobilitatis diploma comprobatum reperio à præfectis Rationum Principalium. 5. Kalend. Februar. Anno, quo ſuprà. Eadem necnon ſcriptis Pictonum Moribus ſancita eſt, cum eximia generoſiſquè hominibus innata prærogatiua. Art. 229. & 240. Conſuetud. Pictauenſ. Rupellani autem Ædilis hæreditas diuidunda ſit necne inter liberos iure Nobilium, cenſuit Senatus placere, vt rei dirimendæ gratia, priuilegiariæ Tabulę Ædilitij huiuſce muneris in iudicium producerentur. Decreto. 4. Idus Februar. An. 1582. ad prouocationem ex Rupellana præfectura, quam N. Nicolaus interpoſuerat: N. Theuenino, contrà, litigante.

Regiam Priuilegiũ nobilitatis perpetuæ ac hæreditariæ irrogatum Decurionibus Vrbis Pictauenſis à Carolo. 5 rege, quũ illi, pulſis Anglis, vrbem prioribus dominis Francis reddidiſſẽt, Anglis antea mancipatam fœdere Britiniaco.

Die. 28. Ianuar. An. 1372.

La Rochelle.

Areſtum Curię interlocutoriũ de ſucceſſione Scabini Ropellæ, inter eius filium primogenitum, & alios. Die. 10. Febr. An. 1582.

4 QVID autem ſi grãdior natu is, de quo dicimus, fuerit legitimus factus matrimonio ſequenti in ipſo paterni obitus articulo? Putà, die vna ſolùm, aut biduo, antequam pater tunc agens animam migraret è viuis. An is priuilegio ætatis vtetur in diuidunda familia cum fratribus æquo iure natis? Imo nec tum quidem nothum reſtitui natalibus potuiſſe apparebat, quùm haud parua incurreret fraudis ſuſpicio, alteriuſque, vel Fiſci etiam fraudandi animo, feras nuptias fuiſſe à moribundo celebratas. Argum. Vlpiani in l. filiæ meæ emancipatæ & ægræ ff. ſolut. matrim. Et Bonifacij. 8. Pontif. ſummi in Cap. Si te præbendam De Renuntiat. Perbeatum videlicet nouum ſponſum, qui ex ſententia veteris Philoſophi, duos tantùm dies in matrimonio quæſiiſſet lætiſſimos, diem nuptiarum & mortis. Primigenius verò, ita fraudis argumenta diluere, eam vim eſſe matrimonij, vt antea geniti, poſt contractas nuptias legitimi habeantur. Decretali epiſtola Alexandri. 3. Non ideo defuncti patris memoriæ conflandam inuidiam, vlti-

Conſtitutum in extremo vitæ diſcrimine poſſe donare, teſtari, ac familiam ſuam diſponere patet ex Scæuola in l. Pamphilo §. propoſitum ff. De leg. 3. & L. Seia §. cum pater ff. De donat.

móque vitæ eius actui, quòd communem matrem duxerit vxorem: Sed & ipſum clariſſimo præconio dignum videri, qui incontinentis vitæ labem honeſtiſſimo tandem coniugio repurgarit, qui liberorum natalitiam maculam paterna pietate abſterſerit, eóſque inuicem ſanctiſſima religione deuinctos redegerit in ordinem iuſtorum liberorum, qui denique totam vitæ ſcænam poſtremo hoc fabulæ actu prorsùs illuſtrarit. Quòd ſi libera teſtamenti factio eſt in extremis cõſtituto Cap. Nos quidem De Teſtam. Cap. vlt. De ſucceſſ. ab inteſt. Benedict. In Cap. Raynutius, in Verb. in extremis poſitus. Nihil prohibet, morientem legitimos facere nothos ſuos nouarum nuptiarum beneficio, pro quibus pietas paterni nominis, ſera certè, ſed diuinitùs afflata conſiliũ cœpit omniũ votis optabilius. Baldus eleganter in Cap. naturales Si de feud. fuer. controuer. In Feudis Abbas in Cap. Commiſſum De Sponſal. Senatus, nothos, talibus nuptiis legitimos omninò factos pronuntiauit. Quarto Kalend. Apriles An. 1535. inter liberos Vidi *de Monterrier*, Agnatos, & Procuratorem fiſci inuicem altercantes.

Areſtũ Die. 29. Martij. 1531. de Notho nuptiis legitimato.

5 N o n eadem planè fauoris ratio in Reſcripto Principis natalibus reſtitutorio. Quinetiam diplomate legitimus factus, capax non eſt paternæ ſucceſſionis, niſi natalibus reſtitutus ſit nuncupatim in cauſam hæreditatis adeundæ: illorum aſſenſu, quorum intereſt, eam ad rem adhibito. Sed tamẽ ita nudè *legitimato* competit bonorum capio, quæ ipſi pater vltrò reliquerit, Aut patre nihil eroganre, ius alimentorum, ſpuriis quoque deſtinatum ſacra Pontificum Conſtitutione. Areſtis Septembribus An. 1567. Victore *de Bullandres*, & Nicolao *de Brenon* litigatoribus. Eòdẽ relabũtur Deciſion. Burdegalen. 122. & 160. Pleraque alia de natalibus reſtituendis attigimus lib. 1. *de Domanio Franciæ*, ſed omnium doctiſſimè Gabriel Paleotus, quem maturè conſulas: quùm nobis ſtatutum ſit, nihil huc, vel è triuio Scholæ petitum, vel à neotericis inculcatum, niſi neceſſariò, proferre.

Iuris Auctores in varias ſententias diſtrahuntur, an legitimato diplomate etiandi ſint venientes ab inteſtato. Sed de tota hac re ſic habeto. Princeps poteſt nothũ codicillis legitimum facere, patre cum filio conſentiente, ad effectum capiẽdæ paternæ hæreditatis etiam in præiudiciũ agnatorum, nec illis vocatis. At nõ poteſt nothus per omnia legitimari à Principe, ad effectum, vt agnatis illis ſuccedat, niſi aſſentientibus, ne illis inuitis hæres detur & quaſi adgnaſcatur. Id quod vſu fori & Curię Decretis eſt conſtitutum, poſt Doc. In l. Gallus §. & quid ſi tantum? & in l. qui poteſt Inuitis ff. De Reg. Iur. & in l. 2. ff. De Natal. Reſtit.

De Hæreditariis Actionibus

C A P. 10.

1 V L G A R I S eſt Lex duodecim Tabularum, P R O P O R T I O N I B V S H Æ R E D I T A R I I S H Æ R E D E S T E N E N T O R. Cohæredum primigenius aliquot fundos ſibi ſumpſit vice præceptionis, purà, ſemiſſem rerum clientelarium, cum ædificio, tanquam præcipuo: ambiguum eſt, pro qua parte agnoſci debeat ęris alieni onus infràſcriptum, nùm pro rata bonorum, an æqua cum cæteris cohæredibus conditione? Nempe ſi fundum beneficiarium paterfamilias ſacro Collegio pignus eſſe voluit legatorum nomine, quæ in annos ſingulos eidem reliquit. Sentias prima facie, æs alienum ex bonis deducendum, & vnumquemque eorum teneri quotannis pro modo emolumenti. Ex Venuleio, lib. 10. Actionũ in l. Multum intereſt ff. De Vſufruc. legato. A primogenito autem his op-

Areſtum ſolẽna die. 7. Septẽb. An. 1567.

his opponuntur non pauca, Ius primigeniorum ſibi tributum à Lege municipali, non à patre: Æris alieni perſonalem actionem non ſequi fundum illum nobilem ab eo præceptum, licet à patre ſpecialiter pigneratum ex annui legati cauſa. Vt notat Vlpianus lib. 3. fideicommiſſorũ l. 1. §. ſi hæres præcepto D. ad S.C. Trebel. Papinianus lib. 7. Reſpõſ. L. fundus quẽ ꝟ. de Annu. leg. Vnde & ſi alius rerum Prouincialium, alius rerum Italicarum hęres fuerit ſcriptus, haud propterea minùs ex æquis partibus exoluetur ab iis æs hæreditarium. Vlpiani iudicio lib. 4. diſputationum in l. Ex facto ꝟ. de hæred. Inſtit. Patres æqualitatem talium onerum inter cohæredes ſeruandam præſcripſerunt. Pridie Cal. Martias An. 1535. Lorrainis litigatoribus. Meritò, cùm longa differentia ſit inter hæredem ex lege, cuiuſmodi fertur primogenitus, & hæredem ex homine, qualis eſt donatarius quotæ partis bonorum, adæquatus hæredi quodammodò ab Imperat. Iuſtiniano l. Quoties Cod. de hæred. Inſtit. Hic enim alieno æri ſubiicitur pro modulo facultarum. Reſpõſo Vlpiani Lib. 7. fideicommiſſorum l. Si fideicommiſſum §. tractatum eſt de ære alieno ꝟ. de Iudic.

2 QVÆ res in propoſito quoque ſuggerit, vt dicamus, Ruſticos ſucceſſores in bona materna, licet paternis inæqualia, æqualiter ſuſtinere onera petitioneſque hæreditarias creditorum cum ſucceſſoribus in paterna eiuſdẽ defuncti, quamlibet ſpeciatim pignori data fœneratori. Areſto Curiæ Mẽſe Februar. An. 1541. vbi de hæreditate San-Theobaldi quæſtio vertebatur. Planè obſcurior ſequens dubitatio. Sextilia pacto nuptiarum ſtipulata eſt, fundos ex dotali pecunia à marito comparari, qui in eadem dotis cauſá haberentur, ſin minùs, ex reditu prædiorum mariti annua ſibi præſtari quinquaginta, quoad nummi redderentur. Nummis à marito conſumptis, ambo coniuges mortem obeunt, filio hærede relicto. Poſtmodùm vita functi filij ſucceſſores in maternum patrimonium, depoſcunt per Iudicem ab hæredibus paternis annuum reditum, quem Sextilia in ſtipulatum deduxerat. Paterni verò, actionem oppugnãt confuſione dotalis obligationis, filio vtriuſque parentis hæreditatem adeunte permixtim: Ideo & pignus mariti prædiolis impoſitum liberatum fuiſſe, ſemel extincta & confuſa obligatione naturali, aditione hæreditatis. Replicare alij, hoc ita proceſſurum fuiſſe, ſi nullum pignus interceſſiſſet rei perſecutorium. At exploratí iuris eſt, quoties cõfunditur obligatio aditione hæreditatis, bonorúmque coniũctione ſeparabili, & in priſtinã cauſam reuocabili, eo caſu, diſtinctis poſtea patrimoniis, reſtitui in priſtinum ſtatum obligationem, & filiis hæredibus ex materno genere competere actionem hæreditariam pignoris nomine. Diuerſum obſeruatur in chirographo ac ſtipulatione merè perſonali, quæ ſemel perempta poſtliminio non reſtituitur. Et hac diſtinctione rem definit Paulus lib. 4. Quæſtionum in l. Debitor ꝟ. ad S.C. Trebel. Idem in l. ex ſextãte §. Latinus ꝟ. De except. rei Iudic. Bal. In. L ſi vxor Cod. De Bon. auctor. Iud. poſſid. Poſt

Specialis hypotheca non mutat conditionẽ principalis obligationis perſonaliter ab omnib' diſſoluendæ. Areſt. Die. 28. Februar. An. 1535. debita ſoluenda eſſe æqualiter a primogenito cum cæteris cohæredibus. Idem Die. 4. Iunij An. 1584. iudicatũ *en plaidant du Roolle de Poictou*, quòd primogenitus nobilis Pictauienſis non eò plus debeat æris alieni, (quam cohæres) quòd illud æs ſpecialiter ſuper vno feudo adſignatum ſit, ex quo ille caput præcipuas ædes, cum duabus partibus feudi. Roberto & Gilleto cauſam orãtibus.

Quum nummi dotales pacto nuptiali deſtinantur in emptionem prędiorum, Curia multis decretis interpretata eſt eam deſtinationem, vt fundus primò acquiſitus conſtante matrimonio, dotalis habeatur, quaſi dotali pecunia comparatos. Areſto *de Broconnet* vidox Præſidis *le Viſte* ita dicto, deindéque inter dominos *de Belley & de Renty* Die. 14. Auguſti, An. 1574. Munthelonius litis expoſitor in. 5. claſſe inquiſitionum Curiæ Pariſien. Vide tamen à Nobis ſcripta in Marg. Cap. 4. Artic. 15. Lib. 1. Leg. Andegauen.

Neapolitanæ Curiæ decretum, Mortuo filio, hæredes maternos rectè petere à paternis debitum antea matri à patre, quamuis vtrique filius ſucceſſiſſet.

Cyn. In. L. 1. Cod. ſi antiq. credit. Quò fit, vt aditio hæreditatis per filium inducat tantùm confuſionis ius vnionémque paternarum fortunarum cum maternis, non autem debiti ſolutionem: Quùm dos materna peruenerit quidē ad filium, ſed reuocabilis ſub conditione, ſi inteſtato moreretur liberis orbus: Quia ad maternos materna, paternos paterna legibus deuoluuntur. Sic Neapolitani Senatus decreto, obtinuêre filij ipſius hæredes ex materno genere. Vt narrat Afflictus, Deciſ. Neapolit. 237.

VICINVM eſt huic tractatui, quod quidam conſulebāt, de modo 3
æris alieni ſoluendi per Vicanos ſucceſſores in bona mobilia & acquiſita, cum hæredibus auitorum fundorum & patrimonialium beneficio Conſuetudinis Prouincialis. Aiunt illi, ſe hæredes quidem ex aſſe acquiſitorum ac mouentium exiſtere Lege. 12. Tabul. qua deficientibus ſuis hæredibus, agnatus proximus familiam habeto: At non propterea ſolidum æs alienum exoluere compellendos, ſed pro vitili portione, quùm aliis paterna defuncti hæreditario iure deferantur. Hi verò in contrariam partem, illos purè obnoxios manere diſſoluendis nominibus ac debitis hæreditariis, tanquam purè defuncti hæredes gradu proximiores, lege adſcitos ad hæreditatē: ſe verò familiæ bonorū duntaxat poſſeſſores, nō pro hærede, ſed quaſi familiarium eſſe Agrorū fideicommiſſarios, iure gentilitio, continuáque gradatim familiæ ſucceſſione. Ergo proximiores, tanquam verè hæredes, primùm teneri in æs illud hæreditarium, priúſque excutiendos, licet in vniuerſum aſſem non ſuccederent. Vt ſenſit Martianus lib. 4. Inſtitutionum in l. Si quis priore D. ad S.C. Trebel. l. 1. §. ſi ex fundo ff. de Hæred. inſtit. Alexand. luculentè in Conſil. 31. Volum. 1. vbi, *Statuto* cauente alios in mouentia, alios in res ſoli ſuccedere, conſultus reſpondit Alexander, illis perſonalium nominum onus ac debitorum mobilium incumbere, his *realium*, quæque prædiis fuerunt indicta. Nam & Iulianus putat, ſi quis alterum caſtrenſium bonorum, alterum cæterorum ſcripſiſſet hæredem, quaſi duorum hominū duas hæreditates intelligi: vt etiam æri exoluendo, quod in caſtris contractum eſſet, ſolus is adſtringatur, qui caſtrēſium rerum hæres inſtitutus eſſet, extra caſtra conflato ære alieno is ſolus obligetur, qui reliquorum hæres eſſet nuncupatus. Quòd ſi alterutra pars bonorum æri alieno, quod ex ea cauſa pendebit, non ſufficiat, & propter hoc is qui ex ea parte hæres inſtitutus eſt, non adierit, rationis eſt, alterum qui adiiſſet, aut defendere totā hæreditatē cogi, aut totam creditoribus ſoluere. In l. Si certarū rerum hæredes inſtituerit miles, aliū Ruſticorū, aliū vrbanorū prædiorum ff. de Teſtam. milit. Idē iuris eſt in duplici ſerui peculio, vt creditores ex cauſa vnius peculij excutiant priùs dominum ac poſſeſſorē huius peculij. Apud Vlpianum lib. 29. ad edictum in l. Hinc quæritur §. poteſt ff. de Pecul. Senatus, negotio per appellationem ad eūm delato, in

Hæres tamen in legitima Conſuetudinaria, verè ac propriè hæres dicitur, nec capere legitimam poteſt extra ius & nomē hæredis. Bart. In l. Pro hærede §. hæreditarios ff. De Acquir. hæred. Nihil in vnum caſum ex l. ſi libertus patrono ff. De bon. libert. vbi elegans deciſio.

lato, in hęredes mobilium & acquiſitorum pronuntiauit. Quinto Nonas Martias An. 1537.

Placitum Curię Die. 3. Martij 1537. æs alienū diſſoluendum ab hæredibus mobilium & acquiſitorum æqualiter cum hærede patrimonij.

4 VTRVMVIS autem, mobile ne ſit æs alienum, an immobile, Senatus ex facto diiudicauit, in hūc modum. Ruſticus dotis cauſa vſumfructum ædium conſtituit propinquæ ſuæ marito, quoad ipſis quingenta ſoluerentur. Decedente Ruſtico, necdùm ſoluta pecunia, hæredes fundorum intendunt, hæredem mouentium teneri in hanc debiti nummarij ſpeciem, quaſi mobilem: quùm prædictus ædium vſusfructus fuerit propriè ἀντιχρήσις, & in domum creditores inducti, vt eouſque retinerent poſſeſſionem pignoris loco, donec ipſius pecunia in illam dotis cauſam erogaretur. Nihil enim vetat, vſumfructum pignori hypothecæve dari, vt ſcripſit Papinianus Libr. 11. Reſponſorum. Quamuis ergo vſusfructus in parte fundi & rei immobilis cenſeatur, ſi tamen creditori conceſſus ſit vſusfructus, hypothecariam ſolùm χρῆσιν vſumque interpretamur debiti pecuniarij nomine, vt in vſuras fructus percipiat creditor, aut locando, aut ipſe percipiendo, habitandóque, & ſic pignora in creditum pro tempore poſſideat. Aduerſus hæc, multa adferunt hæredes mobilium, in ſtipulationibus initium potiùs intueri palam eſſe. Iſtic vſumfructum duntaxat veniſſe in obligationem, licet pecuniæ numeratio eſſet in ſolutione vel executione contractus. Quod nouum videri non debet, citato exemplo l. Miles §. decem ff. de re Iudic. & l. Si quis ſtipulatus fuerit decem in melle ff. de Solution. Itaque vſusfructus, pars dominij, purè ac ſimpliciter conſtitutus eſt, neque conditionalis, ſed tantùm ſub conditione reſoluendus: inſtar fundi commiſſoria lege alienati. Curia Ornatiſſ. immobile debitum eſſe, & ab hęrede prędiorum exoluendum iudicauit. Areſtis circa Natalitia Chriſti. An. 1550.

An luitio vſusfructus hypothecæ dati ratione pecuniæ debitæ, incumbat onere hęredum mobilium, an immobilium.

Aux Arreſtz de Noel. 1550.

5 INTELLECTVM eſt, quatenùs lege ſucceſſor in res mobiles creditoribus hæreditariis ſatisfacere teneatur, nunc perpendendum in ſucceſſore ab homine. i. humana conuentione, quænam regula ſequendá ſit. Proponebatur, donationem ſupellectilis mouentiúmque omnium fuiſſe tabulis nuptialibus inter coniuges factam alterutri ipſorum ſuperſtiti. Marito Aratore mortuo, quùm emerſiſſet grande æs alienum, lege agunt hæredes aduerſus viduam, vt exoluat æs hæreditarium, ac pignora hæreditatis luat. Nam Bleſenſium municipum Iure, apud quos defunctus ſedem domiciliúmque collocarat, is vnus debitis nominibúſque diſſoluendis manet obnoxius, ad quem mobilium vniuerſitatem pertinere oſtenderetur. Vidua, econtrà, multùm referre, nunquis mobilem ſubſtantiam capiat, hominis, an legis beneficio. Si enim tanquam hæres lege deſignatus vocetur ad mobilium bonorum poſſeſſionem, hoc caſu hæreditariis oneribus immergetur. Si autem ea perueniant ad tertium poſſeſſorem ex mutuæ donationis cauſa & oneroſæ conuentionis, qualis in hac facti ſpecie celebrata eſt, tunc improbè deſiderabitur, hęreditatem pręſtatione ęris alieni ab il-

Si Vidua capiat mobilia in vim Conſuetudinis tanquam coniugum ſuperſtes, vel in vim Contractus ad Conſuetudinem relatiui, tunc ſubiecta eſt ſolutioni debitorum hæreditariorū. Si verò ea capiat per nudum Contractum, tunc ſoluere debita non tenetur. Et ſic Viduam Dn. de Cruſſe abſolutam fuiſſe Areſto contra tutorem Car. Tourpini ſcribit Molineus in Artic. 248. Conſuet. Turonen.

lo mouentium poſſeſſore liberari. Vt Diocletianus ſanxit cum Maximian. Impp. in l. Æris alieni, quod ex hæreditaria cauſa venit, non eius qui donationis titulo poſſidet, ſed totius iuris ſucceſſoris onus eſt Cod. de Donat. Item Seuerus & Antoninus Cæſſ. in l. Neque æquam Cod. ſi cert. pet. Tandem Summorum Iudicum ſententiis hæredes intentione depulſi. Ateſt. Natalitiis An. 1571. Iuxta Molinei diſtinctionem In Annotat. ad §. 268. Turonenſ. Conſuetud.

Hoc Placito Curiæ Die. 22. Decemb. An. 1571. obtinuit Iana de Haimyo vidua Florimundi Roberteti, baronis d'Alluye, Contra Steph. Robertetum hæredem defuncti.

6 TANTVMDEM dicendum eſt, etſi contraria dotalibus pactis cautione donator clanculum ſtipulatus ſit ab eo, cui donarat, æris alieni indemnitatem. Huic enim ſecundæ conuentioni, quæ derogat nuptiarum inſtrumento, vel ab hærede quidem promiſſoris impunè non patetur. Nam pollicitatio contra bonos mores interpoſita, omni legum auxilio deſtituitur: Quùm inhoneſtum viſum ſit, talium pactorum vinculo matrimonia obſtringi, atque adeo publicam fidem priuatis pactionibus interuerti. Paulus lib. 15. Reſponſorum in l. Titia ff. De verb. Oblig. Idquè Celſus probat lib. 26. Digeſtorum in l. ſi ita ſtipulatus §. ſi tibi nupſero ff. De Verb. Oblig. Cum Decretali epiſtola Gregorij. 9. in Cap. Gemma De Sponſal. l. in fraudem ff. De his quæ vt indig. aufer. l. Non intelligitur ff. de Iur. Fiſ. l. penul. D. de iure delib. Horum denique opinionem, Senatus publicæ fidei aſſertor vindéxque confirmare non dubitauit. Decreto. 4. Idûs Maias An. 1559. Iohanne *de Tournebeuf* Canonico Carnotenſi litigatore.

Sed ideirco facti ſpeciem Rusticolis affinximus in hoc Textu, vt ſextæ quodammodò inſeruiremus, & propoſito Ruſticorum argumento.

Decretum Senatus Die. 12. Maij. An. 1559. contra clandeſtinas pactiones, nuptialis Inſtrumenti ſolennis derogatorias. Et nouę Conſuet. Pariſienſis Artic. 258. *telles contrelettres de Mariage declarées nulles.*

7 QVIBVS explicitis, percontemur, an ab vno ex pluribus Ruſtici hæredibus rectè exigatur ſolidum legatum annuum, piè collatum à defuncto in ſacram Eccleſiam. Videbatur prima fronte diſtribuendum onus erogationis annuæ pro rata inter hæredes. Quandoquidem hypotheca in legatis, etiam piis, æquè diuidua eſt, ac perſonalis actio. Iuſtinianea lege. 1. Commun. de Legat. in Verſ. quæ piis actibus ſunt deputata Et Verſ. In omnibus autē huiuſmodi caſibus. Hâcque partem iuuat argumentum ductum ab alimentis legatis, quorum obligatio ita recipit diuiſionem, vt eorum portiones hæredum, qui ſoluendo eſſe deſierint, non pertineant ad onus hæredum reliquorum. Vlpianus lib. 2. de Officio Conſulis l. Solent in fi. ff. de Aliment. & cib. leg. Et Paulus I. C. in l. Carmelia Pia. ff. de Iur. patron. Nihilo minùs à Conſcriptis Curiæ vnus hæredum damnatus eſt præſtare quotannis pecuniarium legatum integrum Æditui parœciaci templi D. Bartholomeo ſacri, ſaluo regreſſu aduerſum cohæredes. 10. Kal. Sextiles An. 1552. Iohanne *le Tourneur* aduocato in Curia Pariſien. contra Æditnos decertante.

Pia legata in eccleſiam ſummo fauore digna ſunt, ſed iſtud priuilegium non inacnio tractatum ab eo qui ſcripſit Priuilegia piarum cauſarum.

Senatus decretum Die. 23. Iulij. An. 1552. fauore piæ cauſæ & eccleſiæ legatū eſſe indiuiduū, Idque pro matriculariis parochiæ S. Bartholomei Pariſien. iudicatum.

8 NON dubium eſt, vnum ex hæredibus, cui prædia Ruſtica lege pignoris vendidit hæreditarius creditor, luiſſe potiùs quàm emiſſe videri, propter fraternitatis vinculum & communionis, neque extraneo emptori ſimilem habendùm, aut cuiuis alteri, cui creditor actionibus cedere potuiſſet, dummodò debitum à cohæredibus emptori, eidémque

que cohæredi perſoluatur. Vt ait Scæuola lib. 4. Reſponſorum in l. vlt. §. quatuor ff. de Legat. 2. Et Paulus lib. 4. Reſponſ. In l. Si mandatu Titij §. 1. ff. Mand. Vno autem ex tribus fratribus tranſcribente alteri ius ſuum hæreditarium conuento pretio, An pars emptitia communicabitur tertio pro portionibus hæreditariis? Primo intuitu apparebat, eam non eſſe in commune referendam: licet indiuiſa tùm adhuc hereditate, cùm portio emptionibus cōpararetur. Vt vult Papinianus lib. 3. Reſponſorum, in l. Cum duobus §. Papinianus ff. pro ſoc. & l. Si patruus Cod. Commun. vtriuſque iudic. Quoniam tamen cohæredes bonis communibus etiamdùm vtebantur pro indiuiſo, qua die pars illa alterutri pacto adiecta eſt, Senatus eandem vtrique acceſſiſſe pro hæreditariis portionibus iudicauit. Die profeſto D. Iohanni Baptiſtæ An. 1548. Maubuiſſone & Coqueloto litigantibus, Courtino litis inſpectore. Cui perſimile Curiæ decretum Tertio Nonas Sextiles An. 1526. in cauſa Dn. *D'alegre*. Rationem Senatorij Decreti nemo non iuſtiſſimam eſſe confitebitur, quòd iure accreſcendi portio accedat portioni, veriùs quàm perſonæ. Vlpiani lib. 18. ad legem Iuliam & Papiam in l. ſi totam ff. de Acquir. hæred. A quo non lōgè diſcedit Pomponij reſponſum Lib. 35. ad Q. Mutium in l. Duo fratres ff. eod. Tit.

Areſtum Curiæ die. 3. Auguſti An. 1526.

De Accuſationibus.

Cap. II.

1 PRVDENTER à Cicerone dictum eſt, Omnia Iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta eſſe, quorum alterum leuius eſt, propterea quòd & minùs lædit, & perſæpe diſceptatore domeſtico diiudicatur: Alterum vehementiſſimum, quod & ad grauiores res pertinet, nec honorariam operam amici, ſed ſeueritatem Iudicis ac vim requirit. Quùm igitur omnem Ruſticorum Iudiciorum cognitionem diſtribuerimus initio huius Libri in Cauſas priuatas per actionem exercendas, & Delicta vindicanda, Priori genere expoſito, de Criminibus videamus.

A Ciuilibus negotiis, ad Criminū cauſas.

2 ORDIAMVR ab Accuſatoris officio. Ruſtica interfecti vidua reum fecit parricidam, & ſuo & liberorum tutorio nomine. Longo poſt curriculo, accuſatrix, forenſis moræ tædio tranſcripſit Catullo nomen iſtud cœptæquè litis eſtimationē. Catullo oſcitantiùs vindictam criminis perſequente, Procuratoris fiſci Andegaui ilicò expoſtulare, conqueri, defuncti necem inultam, Viduam de ſanguine mariti, quæſito ceſſionis titulo, decidiſſe: Quippe quæ ius accuſationis pacta pecunia tranſcripſerit præuaricatori colludenti cum reo criminis, ſeu quem potiùs accuſatus ſubiecerit emptorem criminoſę huius actionis, vt perluſoria noui actoris cunctatione eximeretur Reus Lege publicorum, faucibúſque iudiciorū eriperetur. Eapropter inten-

An occiſi viduę, ceſſa tertio accuſatione, auferatur ceſſionis emolumētum ex cauſa indignitatis, & fiſco applicetur.

Filiis autē interfectis, vt indignis ablata hæreditate, fiſcus ita ſuccedēs propter delictū hęredis tenetur non modò ad æs alienum defuncti, ſed etiā ad legata ab eo relicta præſtanda l. Cum fiſco ff. ad Syllan. L. 2. §. vlt. ff. ſi quis aliq. teſt. L. in facto §. vlt. ff. De condit. & demonſtr. Secus ſi propter delictum teſtatoris l. cum filio §. vlt. ff. De leg. 2. Si vero ei deferātur vt omnino vacantia, quia nullus ſit hæres, Tunc tenetur tantùm ad credita. l. Nō poſſunt ff. De Iur. fiſc.

dit Regius Cognitor, viduam incidiſſe in Turpilianum, quia deſtiterit ab accuſatione, quaſi re tranſactione ſopita. Ideoque pecuniario ceſſionis pretio mulctandam, omnique adeo nummariæ pœnæ emolumento, quę capitali Iudicum Sententia in auctorem criminis irrogaretur, eamque indignæ ablatam Fiſco applicandam. In hoc autem Iudicio quùm obtinuiſſet Regius Actor, mox Senatu ad appellationem Ruſticæ mulieris cognoſcente, Ego appellanti patronus adfui, cui nullo Iure interdictam fuiſſe ceſſionem actionum enixè contendebam, nec tranſacti quidem negotij de ſcelere capitali exceptionem nocere. Ex Diocletiani & Maximiani Impp. l. Transfigere Cod. de Tranſact. & ibi Cynus. Moribus Francicis vſitatum eſſe, vt accuſator pro arbitrio alteri cedat actionibus ſuis, vel vt accuſationes, quibus volumus, mandentur exequendæ. Hinc effici etiam, vt accuſationem noſmet exercuiſſe videamur, quam per alium mandaris actionibus, exerceamus, velut noſtrum in rem ſuam procuratorem. Ignoſcendum ſaltem Ruſticanæ mulieri, quæ non defunctoriè impleto accuſationis officio, coacta ſit tandem deſerere accuſationem, aut alteri cedere actionibus ſuis: quùm ampliùs oneri ferendo non eſſet, vt ſumptuariam litem ad extremos iudicij calculos perduceret. Accurſ. in l. Propter veneni §. vlt. ff. ad S.C. Syllan. Arg. l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes ff. Mand. Gloz. & Archydiac. in Can. Turbatur nauicula Petri. 1. Quæſt. 4. vbi nonnulla de Agreſtium virorum excuſatione. Vtut ſit, liberis potiùs quàm Fiſco adcreſceret compendium hoc nummariæ damnationis accuſati, matri eorum ademptum ex indignitatis cauſa. Quamuis enim fiſcus ſuccedens in ius priuati, cui velut indigno bona auferuntur, impediat ius accreſcendi. l. Si ſequens ff. ad Syllan. l. ſororem Cod. de his quæ vt indig. Tamen quotieſcunque indignitas reſpicit fauorem & offenſam factam certæ perſonæ, tunc quod negatur indigno, non transfertur ad Fiſcum, ſed offenſo relinquitur. Putà, matre cædem defuncti non vlciſcente, rationis eſt, liberis citiùs deferri accuſationis præmium, quod matri denegatur, quàm Fiſco: cui non perinde atrox, ac liberis ipſis, facta ſit à matre iniuria. Bart. in l. Hæreditas Cod. de his quæ vt indig. aufer. Per l. ſi legatarius Cod. De legat. l. poſt legatum §. amittere ff. De his quæ vt indig. auferūtur. Simili modo Lucra nuptialia, quibus mulier ſecundò nubens priuatur, liberis accedunt ex priore thalamo ſuſceptis, licet minimè patris hæredibus. Authent. Hæ res Cod. de Sec. nupt. Vidus Papa in Deciſione. 228. Luteriani Patres cauſam patiēter auditam conſilij eſſe pronuntiarunt. Octauo Idus Maias An. 1574. in Auditorio Quæſtionū. Maturina Boileua, tutrice liberorum, & procuratore fiſci litigatoribus. Interea ſciendum, Gallos, etſi in pœnis infligendis præſertim, non teneantur legibus Romanorum, hanc certè DE IIS, QVIBVS VT INDIGNIS, iā olim ſtudioſè ſeruaſſe in iudiciis publici Francorū Conuentus, Dagoberto Rege: Quùm ex Romani Iuris pręſcripto, filij Sadrageſilli Aquitanię ducis fuerint hęreditate paterna mulctati,

Aduerte quoque, portionem dimidiā pecuniariæ mulctæ, quæ pupillis patris cæſi hæredibus competit ſuo iure, nūquā applicari fiſco ob tutoris negligentiam in accuſatione parricidij malè verſantis. L. minoribus Cod. de his quib. vt indig. auf. l. hæreditas.

Areſtum Curię Die. 8. Maij. An. 1574.

Auditorium Quæſtionum ſeu Tholus cauſarū capitaliū, *La Chambre de la Tournelle.*

mulctati, quia illius mortem inſidioſè necati non vindicaſſent. Vt eſt apud Aymoinum. lib. 4. de Reb. geſt. Franc. Cap. 28.

3 A b Accuſatoribus ad Reos veniamus. Ruſtici quidam ſchôlaſtici quùm impetraſſent à præceptore ludendi veniam, alter alterum caſu vulnerauit inter ludendum, baculo temerè in os immiſſo: Ex quo grauiſſima febris contracta læſum viuis eripuit. Ioubertus demortui pater vocat ad pœnam legis Corneliæ Ruſticum adoleſcentulum, nomine Martinum Aprilem, quaſi parricidam, apud Iudices Quæſtionum Andegauenſ. Reus delatus haud mutat factum: Sed, addito Ruſticanæ ſimplicitatis ſubſidio, veniam orat ætati etiamdùm innocenti. Ad hanc quoque deprecationem veniales Principis codicilli adiunguntur. Itaque Ærodius ſupræfectus rerum capitalium apud Andes Sententiam dixit, qua faceſſete è foro ambæ partes iuſſæ ſunt, lite dirempta citra nummariam vllam, nedùm publicam damnationem: Accuſato tamen, qui ex reis exemptus eſt, remiſſo ad Ludimagiſtrum ſcholaſtica ferula caſtigando, modeſtiæ ac terroris exemplo non improbabili. Ad Senarum accuſator prouocat, Cauſa multis verbis propalam acta. Appellans ſic effari, ludentis ſimplicitatem ac Ruſticitatem non eſſe tanto crimini obtendendam, quo minùs reorum more parricida pœnis afficeretur lege publicorum iudiciorum indictis (Niſi quatenùs interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam Iudicem produxerit) Ex l. Qua actione §. ſi quis in colluctatione D. ad leg. Aquil. Cùm enim quidam olim per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet alteri, comprobatum eſt factum Ignatij Taurini proconſulis Beticæ à Diuo Adriano, quòd eum in quinquennium relegaſſet. Quin & Senatorio Lutetiæ iudicio damnatus eſt capitis puer. 12. annorum, qui grauiſſimo ſaxi ictu cecidiſſet puellulam, ac cæſæ cadauer ſubdolè occultaſſet. An. 1494. Vt Regeſtis Curiæ perſcriptum eſt. Nec abſimiliter voluit Plato, legiſlatorem peccata & puerorum & ſeniorum ex imbecillitate quidem profecta eſſe arbitrari, illis tamen leges tanquam peccantibus præſcribere, licet mitiores. Cui adſtipulatur Tryphoninus l. Auxilium §. vlt. ff. De minor. Caius. l. excipiuntur D. Ad S.C. Syllanian.

> De fortuita cæde pueruli à puerulo colludente.

> Quem caſtigationis modum tenere præceptores oporteat, pulchrè Quintil. Lib. 1. Inſtit. Orator.

> Huius hyſtoriæ enarratur Vlpianus lib. 7. De offic. Proconſulis in L. 4 ff. ad l. Cornel. De Sicar.

4 Enimvero Nos, pro accuſato, exploſum eſſe toto foro Stoicorũ Græcorum paradoxum, Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, quòd peccata ſint æqualia: Sed prout quodque admiſſum ſuggerit, aut cauſa exegerit, crimina eſſe pœnis coërcẽda. Græcos vtique illos, nullo rerũ aut perſonarũ delectu habito, omnibus pœnã homicidiis propoſuiſſe. Dacrontiũ Spartanũ & puerũ adhuc & imprudentẽ, qui occiderat puerũ alterum Laconico percuſſum cultro, ob id fuiſſe exilio damnatũ, quo apud Græcos fortuiti caſus luebantur: Legibus nimirùm ſanguine, non atramento exaratis, teſte Xenophonte lib. 4. de Cyri expeditione. Romani verò conſultiùs, in maleficiis voluntatem ſpectare ſoliti, non exitum. Itaque apud hos Legis Corneliæ præſcripto non

> Forenſis Oratio Auctoris habita in Senatu.

> Similis fermè parricidij caſus ante annos aliquot contigit Neoſtadij in Germania, vt adoleſcens tredecim annorũ A Stuckhuſen, alterum adole-

ſcentulum Spirenatiū cultello interficeret: Quod propter ætatem illi impunè fuiſſe, teſtis eſt Iuſtin. Gobletus in Explicat. L. reſpiciendum ꝯ. de pœn.

tenetur puer, quem innocentia conſilij tuetur, nec furioſus, quem fati infœlicitas ſatis excuſat. Sic D. Auguſtinus refert, ſua tempeſtate dementes, ferro, fuſte quoſdam interemiſſe, captos induſtria, & iudiciis oblatos, minimè reos factos: Quippe qui non voluntate, ſed impellente vi neſcio qua hæc geſſiſſent. In lib. Quæſtionum veteris & noui Teſtamenti. Fatebar, velandum non eſſe excuſatione Ruſticitatis, vel ætatis, parricidium, quod dolo malo aut ex inſidiis patratum fuiſſe probaretur. Hoc modo Atarbem Athenienſem, qui Aſclepij ſacrum paſſerem vſque ad necem verberarat, tametſi furioſum & mente captum, ideò fuiſſe vltimo mactatum ſupplicio, quia non imprudens vtique eo ſe ſcelere obſtrinxiſſet. Vt ait Ælian. de Var. Hiſt. Nec videntur Areopagitæ, cùm animaduerterunt in puerum Coturnicum oculos eruentem, aliud iudicaſſe, quàm id ſignum eſſe pernicioſiſſimæ mẽtis, multíſque malo futuræ, ſi adoleuiſſet. Auctore Quintilian. lib. 5. Atticus itidem puer, ſacrilegij nomine, quòd auream laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, ſuſtuliſſet, in iudicium adductus & plexus eſt tanquam ſacrilegus, nulla Legis Iulię venia ætati tributa, ſed flagitio ac ſcelere vindicato. Sicuti ab Æliano traditū eſt, lib. 5. Quocirca Iuſtitiam ea forma ac figura decet obſeruare, qua veteres ipſam depinxerunt, virginem altera manu geſtantem libram, κατὰ ἰσότητα, ad æquitatis æquilibrium. Non eodem pede ac modulo metienda omnia temerè facta & inopinatò, ac ſi data opera committerentur. Proinde in Attica quoque, varia loca fuêre Iudiciis conſtituta: Si quis inconſultò alicui manus intuliſſet, in Martio pago, ſin præter voluntatem, in Palladio, ſi iure an iniuria factum quæreretur, in Delphio rationes diiudicabãtur. Vt idem Ælianus teſtatur. Credibile eſt pariter, Elæos populos cædis damnaturos non fuiſſe ſtatuam æream Bouis Olympicæ, nec eam deportandam curaturos, quòd eius æri illiſum puerile caput huic necis cauſam præbuiſſet, niſi moniti fuiſſent Apollinis oraculo, vt memoriam cædis abolerent, & deportatione, quaſi exemplo pœnę, Deorum iram mitigarent. Id quod ſcripſit Pauſanias lib. 5. Cęteroquin voluntarios ſolùm reos culpa conſtringit, pœna condemnat. Apud D. Ambroſium in Hexamero Can. Illa cauenda. 15. quæſt. 1. Alexander. 3. in Cap. referente De delic. puer. Ex quo inferebam, honeſtius eſſe, in ſpecie qua de agitur, ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. His multíſque aliis in medium prolatis ad cauſæ noſtræ defenſionem, ſucceſſit publica actio Regij aduocati, qui pro officij religione à noſtris ſtetit partibus, poſtulauítque accuſatorem prouocatione ſummoueri. Curia tandem de hac quæſtione planè ardua ſe deliberaturam pronuntiauit. Nono Calend. Februar. An. 1573. Bautruo Accuſatoris cauſam orante.

Niſi verò appareat euidẽs nequitia & peſſima indoles pueri, excuſatur idem a fratricidio quoq;. Narrat enim Iuſt. Gobletus, euenisſe in Gallia, ſe iſtic agẽte, vt impubes frater ludendo ita percitus fratrem impuberẽ occideret, patre accuſante filiū occiſorem, ob ætatem tamen in puerum non fuiſſe datum iudicium. Io Explicat. l. Reſpiciendum ꝯ. de pœn.

In crimine itẽ Sodomitico Mulier interficiatur, & pecus morte moriatur. Leuitici Cap. 19.

Placitū Curię Die. 24. Ianuarij. An. 1573.

Iure Diuino nō minùs quā Ciuili, paternas

5 INSIGNIS & hæc medio Foro excuſſa eſt dubitatio de poſteris ac ſtirpe crimino ſi. Vt putà, Ruſticus filius familias patre inuito cōiecit ſe

in nuptias

in nuptias cum muliercula. Pater, contemptus acceptæque memor cõtumeliæ exhæredem proſcribit filium, abdicat. Filio poſtea fatis rapto diuina quadam virgula (de qua ſacri elogij verbis præmonentur filij) Vidua pro liberis petit ab auo alimenta. Quanquam enim pater alienum à ſua familia eſſe iuſſit ingratum filium, patriæque ſanctiſſimæ poteſtatis contemptorem, haud ideò paterna exhæredatio nepoti officit, auitarum opum ſucceſſori futuro, ſuopte iure ac peculiari. Nepos enim ita ſuus eſt auo, extincto patre, vt præteritus quaſi adgnatione rumpat teſtamentum, idque lege Iunia Vellea prouiſum eſt. Alimentorum ſaltem quæſtio ſummatim expedienda, & ſi parens neget filium, nec alere ſe debere idcircò contendat, oportet Iudices de plano ſuper ea re cognoſcere: & ſi alendum pronuntiarint, ob id præiudicio certari non poteſt contra auum in Status controuerſia. Nec enim pronuntiatur filium eſſe, ſed ali debere, & ita Diuus Marcus reſcripſit. Quippe officium aui circa nepotem ex officio patris erga filium pendet. Inquit Celſus in l. Dotem dedit auus paternus ff. De Collat. bonor. Et in Verſic. eiuſd. l. quid ſi filius à patre exhæredatus eſt. Quibus argumentis motus proprætor Baugæi Andium oppidi alimenta nepotibus contra auum decreuit.

Marginal note: auctoritas exigitur in liberorũ matrimonio ineundo, ſecũdùm D. Ambroſiũ in Lib. De Patriarchis Can. Honorãtur. 32. quæſt. 2.

Marginal note: Locumtenens Seneſchali Andegauenſis, in regia Sede Iuridica de Baugé, en Anion.

6 INTERPOSITA verò Aui prouocatione ad Senatum, Nos pro Auo, filij delictum reuera nepoti minimè obeſſe, nec paternæ exhæredationis obtentu repellendum nepotem ab hæreditate auita: ſiquidẽ hic ab auo nepos ſemel agnitus fuerit, & quaſi iuſtè legitiméque conceptus in ſacris auitis remanſerit iure Suorum, patre diem functo. Quoties enim nullum ex origine ipſa conceptionéque nepoti vitium opponitur, non modò nutriendus eſt nepos ab auo, ſed legibus ei auita deſtinatur hæreditas. Per diuerſum autem, is qui viuente pa tre & ignorante, de coniunctione filiæ conceptus eſt, iuſtus filius ei, ex quo conceptus eſt, non videtur, licet poſt obitum etiam aui natus eſſet. Reſponſo Pauli I.C. lib. 18. Reſponſ. In l. Paulus ff. De ſtat. hom. Nec enim ſuus hæres inuito auo agnaſci poteſt, qui filij nuptiis non conſenſerit. Tryphonini iudicio lib. 4. Diſputationum l. in bello §. medio tempore ff. de Captiu. In bonorum igitur quæſtione vel alimentorum, hoc primum conſtare leuiter debet, filium eſſe vel nepotem. Quòd ſi non conſtiterit, nec decernentur alimenta, ex Plautiano Senatuſconſulto in l. Si quis à liberis §. Si vel parens ff. De liber. agnoſc. Fateamur item, nepotes ex filio emancipato, qui vxore non ex voluntate patris ducta, filium ſortitus ſit, admittendos ad bonorum poſſeſſionem aui patre mortuo, quantumuis ignominioſam filius duxiſſet vxorem. Tamen hoc ideò receptum fuit legibus Pandectarum, quòd in emancipatos nullum patri ſupereſſet ius patriæ poteſtatis, cui planè in contrahendis liberorum nuptiis accepta ferebatur patrum auctoritas. Sed Suorum deinceps ac Emancipatorum ſu-

Marginal note: Nepos ſemel agnitus manet in poteſtate aui paterni, patre præmortuo. Iuxta illud Ouidianæ Heroidis. Me tibi Tindareus vita grauis auctor & annis Tradidit, arbitrium neptis habebat auus.

Regia Lex Gallica Errici. 2. prohibitoria clandeſtinorū nuptiarum, quę multis Senatuſconſultis producta eſt ad Tutores, vtrique parenti exæquatos in eo.l. vnic.§. oportet Cod. De Raptor. Virg. Hæc Ordinatio regia in Senatu verificata eſt Die. 1. Mart. Ao. 1556.

blata differentia eſt, tum Nouella Iuſtiniani, tum Francica Conſtitutione, liberis vſquequaque prohibitoria clandeſtini matrimonij, Menſe Februar. An. 1556. Quemadmodum igitur exhæredato non datur vel Carboniana quidem bonorum poſſeſſio, aliàs priuilegiaria ſummatímque permittenda. l. Qui de inofficioſo ꝟ. De inoffic. teſtam. l. 1. §. Pomponius. ꝟ. De Carbon. edic. Sicuti quoque exhæredato rectè negantur alimenta: Specul. in Tit. Qui fil. ſint legit. Verſ. quid ſi filia. Faber in Authent. Sed poſt. 25. annum Cod. de inoff. teſtam. Ita exhæredati filio non debetur eo caſu alimonia, quùm ex eadem criminis cauſa & exhærędatio filij ſecuta eſt, & illicita nepotis conceptio. Nam alioqui inanis ac luſoria redderetur exhæredationis pœna, tot ſancita legibus, publicæquè, nedùm domeſticæ diſciplinæ cuſtos, niſi effectus exhæredationis porrigeretur, quoad bonorum quæſtionē, contra nepotes, paternæ* ἀχαριςίας perpetuum infame monumētum, veluti à radice infecta, vt vulgus Forenſium ait. Re diligenter explorata, Senatus ſecundùm alimenta pronuntiauit, nulla interim litigioſi filiorum ſtatus prærogatiua. xi. Cal. Apriles. An. 1574. Bauttuo nepotum cauſidico.

*ingratitudinis.

Areſtum Die. 22. Mart. 1574. pro nepotum alimentis contra Auum paternum.

De lege commiſſoria feudorum ob clientuli noxam.

Cap. 12.

Fundus autem beneficiarius non incidit in commiſſum, de quo hic, quātacunque noxa in patronū admiſſa à proprietario illius fundi, niſi iſte ante delictum fuiſſet receptus in fidem & clientelam à domino directo. Atque ita iudicatum Areſto *De Pocquaire & De marcilly*. Areſto *Du Preſident Doppede*.

INTERVENIT alia bonorum controuerſia ex ingrati animi pœna immemoríſque beneficij, an fundus clientelaris perfidiæ commiſſoriæ nomine deuoluatur purè ad patronum ſolutus omni hypothecarum onere, quaſiquè reſoluta creditorum & pacti pignoris cauſa. Pro patrono non leues Iuris auctores opinati ſunt: Quippe qui fundum, vti optimus maximúſque erat, clienti olim conceſſerit. Ergo lege commiſſoria fundus rediit ad patronum in eadem cauſa, liberáque primæui iuris conditione. Ac primo quidem obtutu alia ratio videtur publicationis bonorum, alia feudi commiſſi. Illo enim caſu, fiſcus æri alieno damnati tenetur reſpondere: quale Iul. Cæſar Galbæ debitum à Pompeio, cuius bona publicata fuerant, ex fiſco ſuo ſolui iuſſit. Hoc verò caſu, commiſſas poſſeſſiones patronus liberè recipit vt ſuas poſtliminio quodam, vaneſcente omni medij temporis hypotheca: Si noſtratibus his Iuriſperitis credimus, Vido Papæ in Gratianopolit. Deciſ. 428. & 575. Tiraquello in Repetit. l. Si vnquam Cod. De reuocan. donat. In verb. reuertatur Num. 330. Nos autem diuerſa ſtetimus ſententia in Tractatu de *Domanio Franciæ*, multis Iuris rationibus ſubnixi. Molineus quoque tuēdos putat creditores aduerſus patronum, res beneficiarias commiſſo vindicantem. In §. 22. primæ Part. Conſuet. Pariſien. Num. 57. Idcirco enim Iure Longobardorum feuda reuertebantur ad donatorem, nuda liberáque pignorum vinculo, quia tunc perſonis adſcripta erant veriùs quàm prædiis, hoc eſt, temporaria & perſonalia potiùs vulgò ferebātur, quàm

Valer. Max. huius ſcriptor Hiſtoriæ Lib. 6. Tit. De liberè dictis aut factis.

tur,quàm perpetua,patrimonialia,prędiaria,hęreditaria.Bald. Aluarot. & Cardin. Alex. in Cap. Rurſus Tit. Quib. mod. feud. amitt. Andr. Yſern. Aluar. & Cardin. Alex. in Cap. 1. §. Quid ergo Tit. de Inueſtit.De re alien. facta.In hunc ſenſum de emphyteuſi ſcriptum eſt à Pet. Iacob. vti de feudo commiſſo & ad dominum reuerſo.In Tit. de Acti. in rem quæ pro re emphyt.Col.10.Verſ.Item eſt notandum. Gallicis autē Inſtitutis quùm patrimoniorū iure cēſeantur res clictelę, nec minùs alienari queant,pignerari, aut ad extraneos hæredes transferri perpetuò, quàm cætera latifundia, humaniùs videtur creditores ſeruare indemnes, qui *vaſallis* pecunias crediderint fide publica hypothecæ nobilium prædiorum,quæ in conſtanti debitorum patrimonio numerabantur. Idquè vtilitatis gratia etiam recipiendum. Quòd ſi feudi commiſſo ſtatuamus pigneratitiam actionem intercidiſſe, melioris conditionis erunt plebeij vectigalium agrorum poſſeſſores, quàm viri magnates, quibus inſignes dominatus beneficiarios non licebit pignori obligare. Verumtamē Patres Pariſien. eam quæſtionem maturiori conſilio dignati ſunt, necdùm purè definierunt. Vt latiùs expoſuimus Lib. 3. Francici Domanij Tit.12. Artic. 14. Proinde Galli I. Conſulti, qui in eo fortè negotio contra nos ſenſerint, re pleniùs iam tractata, non grauabuntur Senatorij decreti auctoritate ſuſpendere iudicium, quod nec mutare erubuit Voluſius Mætianus I. C. in l. Diui fratres ff. De iur. patron. Nunquam enim vel præſtantibus quidem in Repub. gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio,vt rectè monet Tullius lib. 1. Epiſt. penul.

2 IAM à Patronis ſeu directis fundorum dominis,ad Iuridicos veniamus: Quorum iura & onera Senatus luculento decreto explanauit. Nato enim diſſidio inter dominum Territorij,Dominum vectigalis fundi ſeu *cenſuarium*, itémque eius prædij Poſſeſſorem, quis horum & quatenùs ad viæ vrbis collationem teneretur,Iuridicus ille differebat,ſe in eo Vrbis vico, qui ſaxis ſternendus eſt, honoraria frui duntaxat,aut potiùs oneraria dignitate iuris dicundi, ex qua non aliud ſibi pareret compendium ac emolumentum,quàm perrarę bonorum confiſcationis. Proinde nihil ſe ad viæ refectionem dependere cogendum, nec primum quidem pauimentum, ſed fundorum dominos dare, facere, præſtaréque oportere,cēſuariū nēpe & proptietariū, qui omnes fundi ædiumue reditus percipiāt.Neque id obſcurè ſignificari Papiniani reſpōſo,Lib.ſingulari de officio Ædiliū, vt ante ſuas quiſq; ædes publicas vias reparet,repurgetque aquagia,quę ſub dio ſunt:ita certè,vt ne quid impedimēto ſit,quo minùs eatur,agatur. Gręca lege Οἱ ἀστυνομοί ff. de via publ. A quo nō diſſentit Iulianus I. C. apud Vlpianum lib. 32. ad edictum, In l. Iulianus §. Idem Iulianus, in Verſ. Ad viæ collationem ff. de Action. emp. Econtrariò, fundi dominus cenſualis, & proprietarius aiunt, onus hoc vici primo pauimento conſternendi inhęrere Territorio funditùs, nec niſi primarium fundi Dominum ſpectare, ergo Iuridi-

Quis ex his tribus ad viæ publicæ Vrbis refectionē teneatur iuxta ædes ſuas, Areſto definitum Die. 14. Auguſti An. 1566. pro Iuridico domino, qui à viæ collatione abſolutus eſt, cōtra cenſuarium Dominum, & proprietarium ædium.

De Aquagio itē. (quaſi aquę agio, ſeu aquæ ductu) Vlpianus In l. Hoc iure ff. De Aqua quotid. & æſt.

cum ipſum ſeu Territorij dominum, à terræ Dominio ſic dictum, ſeu ab vniuerſitate agrorum intra fines cuiuſque Ciuitatis, intra quos terrendi, id eſt, ſubmouendi ius habet. Quùm & Francicis moribus *Iuſtitiarij*, purè *Domini* appellētur. Vt edocuim^a^ 3. lib. 2. Chaſſeneus in Cōſuet. Burgund. Tit. *Des Iuſtices*. In verb. *Hault Iuſticier*. Panor. in cap. Pro illorum De Prębend. Atque illud eſt, quod apertiùs adhuc oſtendit Faber hoc ſermone, *Iuriſdictiones eſſe patrimoniales Comitibus & Baronibus in Francia*, in l. Etſi ſeuerior Cod. ex quibus cauſ. irrogat. infam. Placuit Ampliſs. Ordini, Iuridicum dominum à viæ collatione abſolui, aliorum vtroque dimidiatim contribuere in eam rem condemnato. Areſtis circa Aſſumptionem Diuæ Mariæ latis An. 1566. Inter Karolum *le Conte*, & ſacros Sodales Ædis Honorati Pariſien.

Areſtum Curiæ die. 14. Auguſti An. 1566.

Idem Faber in §. 1. Inſtit. De Vulga. ſubſtitut. refert, eodē ſenſu licere Dominis Iuridicis tum profanis, tum eccleſiaſticis, plures gradus iudicum ſub ſe conſtituere, vt ab vno ad alterū appelletur, Præpoſitos, caſtellanos, iudices foraneos, ita fatur ille, Sed hoc planè abrogatum eſt in Gallia Edicto Ruſcionē ſi, An. 1563.

VLTIMO enaſcitur dubium, an feudi poſſeſſori ius ſit, inuito Iuridico, vel patrono, clientelares circummunire Ædes, ſtructa arce cum propugnaculis: Item venari, aucupari pro arbitratu. Primo intuitu reſpondendum videtur pro domino Territorij, vel patrono. Fabri opinione in l. Per prouincias Cod. De ædific. priuat. Vbi, *credo*, infit, *quòd loca quæ tenentur in feudum vel ad cenſum, non poſſunt incaſtellari ſine dominorum voluntate*. His applicatur Iohannis Andreæ conforme iudicium in cap. Si ciuitas De ſenten. excōmun. In. 6. Bart. In l. Opus nouū ff. De oper. publ. Tum in l. Ex hoc iure ff. De Iuſtit. & iur. Et in l. vlt. ff. De Colleg. & corpor. Cuius partis ſententiam complexum legimus Burdegalenſem Senatū, Decreto. 15. Kalend. Maias An. 1535. Auctore Boërio in Deciſ. Burdegal. 320. Part. 2. Iuſtiùs tamen puto, iudicante Curia Pariſien. vaſalli cauſam obtinuiſſe. Areſtis pridie Natalis Dominici An. 1566. quę Thuanus Præſes ſummus longo rum ſermone recitabat. Ioanne Matthæo domino *de Villenauldé*, & Ludouica *d'Orgemont* Borona *de Moniay* contendentibus. Nec diſſimile poſtea ab Hanequino Præſide Curiæ pronuntiatum eſt. Areſtis Liberalibus ſeu Paſchalib. An. 1573. Inter Marcum Lourdinum Sallygneū, & Claudium *de Bauffremont* litigatores. Angenouto litis enarratore. Optimè. Nemo enim rectè prohibetur, in ſolo ac fundo ſuo ædificare turres, aut vallo, foſſa circundare fulciréque ædificia, præterquā in limitaneis agris, proximéque hoſtes ſitis. Salyc. in cita. l. Per prouincias. Iacob. Rebuf. in l. Quicunque Cod. De fund. Limitroph. lib. xi. Can. Ius gentiū, ibi, ędificatio, munitio (Et Cardin. Alexand. ibidē) Diſtinct. 1. Fas ſaltē erit clienti beneficiario, mediocres ædes extruere, foſſis vallatas competenter, & continentem cortem parietibus cinctam conſepire ad tutelam vitæ corporíſque defenſionem, in Domo videlicet, noſtrûm cuique tutiſſimo perfugio. Bald. in l. vlt. Verſ. ſed pone, quidam nobilis Cod. De Pact. inter empt. & vendit. Quod autem ſpectat ad venandi facultatem & aucupandi, propitia Delia exercendam, docemur Senatuſconſulto illo An. 1566. tum ex his, quæ Cepola (cum innumeris aliis) in literas retulit, De Seruit. Ruſtic. prędior. Tit. De Aucupatione. Itaq; haud inefficax 3

Bartoli iudicio vaſſalus ſubfeudum poſſidens non poteſt ad inuidiam, ęmulationem & verecundiam Domini ſui caſtrum vel fortalitium aliquod conſtruere.

Areſtum Burdegalenſe Die. 17. Aprilis An. 1535. De modo validæ Arcis conſtruendæ. Eadem de re ſcripſimus Lib. 1. Legum Andegauen. Cap. 42. Artic. 11. Et in Cap. 63. Artic. vlt.

Quaꝺta ſit, quámque libera venandi copia, & aucupandi, conſtat Areſto *de Nat.* An. 1566.

ineſficax fuerit hominibus noſtris Venatoriæ artis cognitio, vel Aucupatoriæ ex Iacobo *du Fouilloux*, ſeu de venatione luporum ex Iohanne *de Clamorgan*, qui Karolo.9. Franciæ regi venationis ſtudioſiſſimo conſcriptos de ea Libellos nuncuparunt: Quo minùs neceſſe ſit, ab externis ſcriptoribus Xenophonte, Oppiano, Aurelio, Grat. venandi ſcientiam induſtriámque mutuari.

Agricolę canes & aues ad venãdum tenere non poſſunt in ſuis Pagis. Ioh. Plateao. in l. Domini Cod. De agric. & cẽſit. Lib. xi. Bart. in Tract. De Falcone. Benedict. in Cap. Raynutius In verb. Et vxoré nomine Adelaſiam Num. 913. 914. & 915. De qua vide à Nobis tradita Lib. 1. Legum Andegauen. Cap. 36. Artic. 3.

De Iudicio per Duellum exquirendo.

Cap. 13.

1 RELIQVVM eſt, vt humanis Iudiciis diuina ſubiungamus. Antiquitùs enim priuatæ controuerſiæ non minus armis dirimebantur ac Duello, quàm Iuriſprudentum Sẽtentiis. Sed à multis ſcio tractatum, an pagano liceret aduerſus militem duello decidere ius ſuum controuerſum. Id pagano licitum eſſe teſtatur Friderici Ænobarbi conſtitutio. In Tit. de Pace tenen. & eius violat. §. Si Ruſticus militem de violata pace pulſans manu ſua iurauerit, quòd non de voluntate ſua, ſed de neceſſitate hoc fecit, manu militari ſe miles expurgabit: at ſi miles Ruſticum de violata pace pulſauerit, & manu ſua iurauerit, quòd non voluntate, ſed neceſſitate hoc fecit, de duobus vnum Ruſticus eligat, an diuino, an humano iudicio innocentiam ſuam oſtendat, aut ſeptem teſtibus idoneis, quos Iudex elegerit. In Feudis. Nec enim rei militaris expertes omninò dixerit Agricolas, quiſquis memoria repetierit Perſas, ab Atheniẽſibus Ruſticorum militum auxilio Miltiade duce victos ac profligatos. Vt à Iuſtino, Valerio, Plutar. perhibetur. Ne Catonis iſtud de Re Ruſtica ſupprimam, ex agris generoſiſſimos milites, viroſque fortiſſimos gigni.

Franci Reges priſci adeo venationi dediti fuère, vt Borgaretos præfectus ſit olim venatoribus regalibus, imperante Ludouico Pio. Apud Aimoyn. lib. 5. Cap. 16.

Duellum, ſeu *Gage de bataille.*

Scilicet his Babylon dextris Nabathæaque regna
Creuerunt, hic Mopſopio delectus ab aruo
Miles, Achemenium Marathonis in æquore Perſen
Contudit, his adiuta viris ſe Romula tellus
Impoſuit mundo, & rerum tractauit habenas.

Hinc Vergilianus Æneas Romanæ gentis auctor,
Lydorumque manum collectos armat Agreſtes.

Æneid. Lib. 9.

Hoc modo è Paſtorum genere Tamerlanes Scytha, bellator fuit clariſſimus, circiter An. 1400. Nec enim Paſtorib⁹ quòdã nõnũquã defuit opúmque amplitudo ad res magnas gerendas. Nam & interrogatus Cato, quidnam agendo celeriter quiſpiam locupletari poſſet, qui bene paſceret (inquit) Rurſus, quid deinde faciendum? Si ſatis bene paſceret.

2 POSTERA quidem ætas videtur Armorum vſum Ruſticis denegaſſe: Vt conſtat ex Reſcripto Gratian. Valentin. & Theodoſ. Imppp. l. Super Cod. de Mancip. & Colon. patrimon. lib. xi. Cum l. 3. Cod. Qui milit. non poſſ. Lib. 12. Colonos Agrorum ad militiam admitti prohibente. His ſuccinit præclara Leonis Auguſti conſtitutio, Milites Cod. de Loc. In verb. Rureſtre opus, & ibi Faber. Item Friderici Imp. in §. Si quis Ruſticus arma vel lanceam portauerit, vel gladium, Iudex in cuius poteſtate repertus fuerit, vel arma tollat, vel. 20. ſolidos pro ipſis recipiat à Ruſtico. In Tit. de Pace tenen. & eius violat. In Feud. At

Baldus rectè interpretatur ſuperiorem §. Si Ruſticus, de nobili viro Ruri degente, quales in Italia complures recenſet ibidem. Hic verò §. Si quis Ruſticus, alio intellectu ſumitur pro ignobili, & plebeio colono fundorum Ruſticorũ: Vt à Nobis de huius vocabuli ſignificatione pluribus actum eſt in Prooemio Lib. primi. Quo ſenſu Paganicum peculium à Caſtrenſi diſtinxit Antoninus Cæſar in l.1. Cod. de Teſtam. milit. Duo quippe olim Ruſticorum genera extitêre, alij Pagani, vnde Paganalia, quæ erant alicuius Pagi feſta, alij Montani, quorum veriùs Feriæ quàm Paganalia dicebantur. Ex Varrone lib. 5. De Ling. Lat. Et Macrob. lib. 1. Saturnal. Cap. 16. Paganos item ab hominibus militantibus Romano Iure diſcerni notat Martianus, Lib. 4. fideicommiſſorum in l. Tractabatur ff. eodem, & Macer lib. 2. de re militari, in l. quædam ff. de Poenis. Vſqueadeo, vt milites etiam ſtipendiis expungantur, ſi in ea prouincia Agrum compararint, in qua bellicum opus peragant: ne ſtudio culturæ militia ſua auocentur. In l. Milites ff. de Re milit. Ideóque Paganam legem vocat Plinius, qua in multis Italiæ populis cauebatur, ne mulieres per itinera ambulãtes torqueãt fuſos, aut prorsùs detectos ferant: quoniã id aduerſetur ſpei omnium, præcipuéque frugum. Paganam enim appellat, à Paganis & Agreſtibus inductam, plenam ſuperſtitionis, & vanitatis, quæ peritis rerum & cultiori vitæ aſſuetis hominibus haud probari poſſit. Nos itidẽ Franci, vernacula lingua non modò Ruſticos appellamus *Villanos*, ſed exinde quoque plebeios, qui ſtemmatum luce illuſtres non ſunt, nec militant, *Villanos* paſſim nuncupamus. Quin & Budeus aſſerit, Villanorum nomen (quod tractum eſt ab adſcriptis Villæ, & colonariæ conditioni obnoxiis) fuiſſe in contumeliam verſum, quùm Villanum & Villam vſus noſtratium confuderit. Per hunc modum, Feudariis Anglorum Legibus inſcribitur Titulus *De Villenage*, priſca hac Normanorũ lingua. *Tenure en Villenage eſt plus properment, quand vn Villein tient de ſon ſeignor, a qui il eſt villein, certein terres ou tenementeZ ſelon le cuſtome del maner, ou autrement a la voluntée ſon ſeignor, & de faire a ſon ſeignor villain ſeruice, comme de porter & carier le fime le ſeignor hors del cittie, ou del maner ſon ſeignor iuſques a la terre ſon ſeignor, en giſant ceo ſur la terre.* In. Lib. *Litletons Tenures*. Similiter apud Sarmatas, cùm Boleſlaus Pruteniam ingreſſus Pagos ferro & igni vaſtaſſet, captiuos, quorum ingens erat numerus, ablatis armis, ad colendos Agros in Polonia diſtribuit regionatim, An. 1114. Exin addictos ſeruili tantùm miniſterio Ruſticano. Quo ex tempore nõnulli etiamdùm Pagi, *Pruſſorum* nomen retinent. Hiſt. Polon. lib. 4.

Hæ Leges Anglicæ veteri idiomate Normanico ſcriptæ ſunt.

De Paganis Sarmatiæ Europeæ ſiue Poloniæ, ac Pruteniæ ſeu Pruſſiæ.

3 QVORSVM hæc? vt intelligamus, Agreſtes licet primitùs armorum tractationi idoneos, eò tamen ſeruitutis adactos fuiſſe à potentioribus, vt non mirum ſit, illis dehinc armorum vſu fuiſſe interdictum à Friderico. 1. Cæſare, (de quo ſ.) ſed & ſquallere identidem

Abductis arua colonis,

Cùm

Cùm curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Pari inſtituto, Ægyptiis ac Syris nulla habetur nobilitas, niſi eorum, qui militiæ deduntur aſſiduæ, qui ſoli præcellunt ac dominãtur, Paganis ſeruorum loco habitis: Vt narrat Poggius De nobilitate. Idem auctor eſt, Teucros ac ſuperiores Sarmatas continua armorum geſtatione nobilitari, abiecta rei Ruſticæ cura. Nam qui ordines ducunt, ditati prædiis nobiles dicũtur, & ipſi quoque è famulitio, maiori ex parte ad militiã adſciti. Pueri enim empti pretio militiã cõdiſcunt, in qua excellere parit nobilitatem. Heluetij autem nullo diſcrimine arma & arua pertractant. Nec minùs fortaſſis Gallorum Ruſtica plebs militari arte valere potuiſſet, niſi Reges noſtri ſua intereſſe maximè perpendiſſent, mobilibus animis ferri licentiam adimi, eóſque ſationibus agrorum penitùs occupari. Qua re incautiùs ab Anglo proſpecta, Nomaniæ incubatore, quùm ſuaſu Caroli Aurelianenſis captiui Ruſticis arma gerere permiſiſſet An. 1436. res Anglicę deinceps labefactatę in Normania, armata plebe iugum indies ceruicibus excutiẽte: Vt Normanicis Annalibus continetur. Nec longo poſt temporis interuallo, Galliæ Rex ſagittarios è mediis Pagis conſcribi iuſſit perpetuos, quibus Maiores noſtri *Francorum Arcuariorum* nomen indidêre. An. 1450. At non modò Ruſticorum huiuſmodi militum delectus eſt antiquatus, verùm etiã iis omnis armorum vſus negatur. Tantùm abeſt, vt Agreſtium lites duello terminari Gallicus mos patiatur. Nec ipſi tamen hoc nomine multùm haberent expoſtulãdum, ſi vetuſtiora ſaltem Roman. Principum in eos Priuilegia ſalua incolumiáque manerent, nec à dominis ſuis illi nouo dietim ac inſolito onere grauarentur: Contra Valentin. Theod. & Arcadij legem Dominicos colonos Cod. de Agricol. & mancip. Dominic. Lib. xi.

Iſtuc refertur Martialis Epigrãma De falce meſſoria, Pax me certa ducis placidos curuauit in vſus: Agricolæ nunc ſum, militia antè fui.

Inter Græcos verò, quicunque ad Imperatoris aulam vocati ſeruitio eius inſiſtunt, quantumuis abiecti generis, ob Principis conſuetudinẽ & famulatum, nobilitatis titulo potiuntur, appellãturque poſtea nobiles. Ex eod. Poggio.

Simili ratione, Lydis adẽpto armorum vſu, venit in prouerbium, Lydus cauponatur, à quo videlicet nulli ampliùs bellorum motus erant metuendi.

Etſi lex iſthæc (dominicos) de Cęſarianis colonis loqui videatur, ad priuatorum etiam colonos extenditur. l. 1. De agricol. & cẽſit. l. 1. Ne ruſt. ad vll. obſeq. Lib. xi. Cod.

4 VNVM reſtat hodie *Franctopinorum* genus, id eſt, Ruſticæ militiæ emptitium ius inſtitutum Edicto Caroli. 9. Menſe Septembri An. 1566. Nempe, vt qui Ruricola cunque vicenos nũmos aureos fiſco Principis numerarit, is priuilegij militaris in ſpeciem eximatur plebeiis indictionibus, tutelis, curationibus bonorum, publicíſque aliis oneribus. Senatus tamen, cui talis Conſtitutio probata non fuerat, aduerſus promercalem hanc Immunitatem iudicauit. Idib. Quintil. An. 1574. Choarto, & Mario cauſæ patronis. Sed, omiſſa fictitia ac venali militia, ſciſcitemur, nũm Ruſticus emptione feudorum inſignium genuinam cõſequatur nobilitatem. Minimè, niſi feuda ſint Baroniæ, Comitatus, Marchiæ, Ducatus, quibus prærogata eſt nobilium dignitas: Aut à Principe feudum concedatur, qui ius habet conferendæ nobilitatis. Argum. notat. in l. Quidam conſulebant ff. de Re iudic. Bald. in §. ex eadem lege Tit. De Lege Conradi. In Feud. Tiraquel. De Nobilitate Cap. 7. Verùm hic modus ſtatuitur Regiæ feudi donationi in Meuium collatæ ac eius hæredes, vt mortuo ſine liberis donatario, redeat feudum ad Principem. Atque ita *Parlamentum* Franciæ ſecundùm

Regia Ordinatio Francica.

Areſtũ die. 15. Iulij An. 1574. contra Franctopinum, Regiæ immunitatis a publicis functionibus inuitentem.

Regem decreuiſſe memorat Henric. Bohicus in Cap. 6. De donation. Lib. 3. Decretal. Epiſt. per. l. Ex facto §. vlt. D. ad S. C. Trebell.

Coronis Lib. 3.

TERMINATIS demùm Ruſticorum controuerſiis, eos reducamus iam è foro, ex vrbe, è ſtrepitu in Agrum, in Villam, in Otium amœniſſimum,

Vbi tum Ruſticus, haud mihi Vita
Eſt opus illa, (ait) *& Valeas, me ſylua, cauúſque*
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur eruo.

Quòd ſi iterùm Agricola Vrbanis curis diſtringetur aut litibus, intelliget ex hoc Opuſculo, ſuæ nunquam & Perſonæ, & Rei, & Actioni forenſi eximia Priuilegia defuiſſe.

Explicit Liber Tertius.

Epilogus Operis.

ISTA ſuburbano lentus meditabar in aruo,
Dum toga rara, foro muto Septembribus horis,
Maturas auidus dum carpit Vinitor vuas,
Cellaque multiplices ſpatioſa recondit aceruos:
Illo Cauſidicum me Villula dulcis alebat
Autumno, ſtudiis torpentem ignobilis oti.
Quod potui, Agricolæ fœcundique æmulus Agri
Ruſtica conſeui hæc, ſylueſtris vt æqua laboris
Præmia Ruricolæ conferrem grata merenti.
Corpus enim colit, Ingenium ſed culta tuetur
Arua, operoſo ſcribuntur quùm Iura Colono
Propria, & Agreſti ſpeciatim commoda vitæ:
Nempe pares vtrinque virûm penſantur opellæ.
Viue, Vale, ſi quid Ruri magis vtile noris,
Candidus imperti: ſi nòn, his vtere mecum.

ΤΕΛΟΣ.

Errata. Correctio.

Pag.	Lin.	Errata	Correctio
29.	1.	Ruſticoron.	Ruſticorum.
32.	27.	nuptiæ pacta.	nuptiæ, pacta.
44.	31.	remauſetit.	remanſerit.
74.	19.	aquas.	equas.
81.	5.	graculæ.	graculi.
86.	20.	I. Latine.	I, Latine.
99.	vlt.	vxore ita ſubſtitutæ.	vxore cui ita ſubſtituerit, ſi ſine liberis decedat, teſtator ſuſceperit.
125.	25.	erum filij.	fratrum filij.
127.	in Marg.	Britiniaco.	Britiniaco.

Cætera (Lector optime) pro tuo candore ſuppleas, oro.

FORENSIVM ALIQVOT VERBORVM, QVÆ HIS LIBR. CONTINENTVR,

Index familiaris, fori Tyronibus ſcriptus.

Annus caducarius, *annus obitus vaſſali, quo apertum eſt feudum domino directo.* Pag. 62
Areſta Curiæ Natalitia, *quæ ſolenniter pronuntiantur Die Natali Chriſti profeſto.* 118
Areſta Sextilia, *quæ. 14. Die Auguſti ſolenni more recitantur.* 127
Auctoramentum clientelare, *receptio vaſſali in fidem.* 108
Beneficiarium prædium, *quod tenetur in feudum ex domino directo.* 100
Cliens, *vaſſalus.* 109
Clientelaris fundus, *qui feudi iure pendet à ſuperiore.* 99
Clientelare ſacramentum, *Iuramentum fidelitatis.* 30
Curator debitoris bonis datus, *qui commiſſus eſt regimini bonorum debitoris captorum auctoritate publica.* 14
Eremodicij præſcriptio, *exceptio peremptæ inſtantiæ.* 90
Fiducia Iudicialis, *commiſſio data regendis bonis alicuius publicè captis.* 15
Foro & lite partes eximere, *ponere extra curiam & proceſſum, vt vulgò aiunt.* 90
Gentilitia prædiorum redhibitio, *retractus rei venditæ conſanguineo competens.* 107
Interceſſio auctionaria, *oppoſitio ad cridas & proclamationes fundi publicè diſtrahēdi.*
Iure patrocinij prædium redhibere, *retractu feudali redimere.* 108
Iuris prouincialis Codicilli, *Literæ naturalitatis pro Albanis ſeu extraneis.* 122
Iuſta caducaria, *Iura & emolumenta feudaria domini directi ex feudo ſeruiente, aperto morte vaſſali.* 57
Natalibus reſtituere, *legitimare baſtardum.* 127
Pactitia fundi redhibitio, *retractus conuentionalis.* 107
Patronus, *dominus feudi.* 110
Patronalis redhibitio fundi, *retractus feudalis.* 108
Perfidia clientis commiſſoria, *felonia vaſſali, ex qua is feudum amittit.* 138
Προλεγόμενα, *prædicenda.*
Reditus ſolarius, *Renta fundiaria ſeu foncieria.* 52
Tranſuerſaria ſucceſſio, *collateralis.* 124
Turmatim decuriatímque de vſu Conſuetudinis inquirere, *probare duabus turbis modum vtendi alicuius Regionis.* 124
Vectigal prædiarium, *renta foncieria.* 52
Vectigal nummis conſtitutum, *renta conſtituta.* 51
Vectigalis fundi poſſeſſor, *qui tenet in cenſum, vel reditum fundiarium.* 45
Veniales Principis codicilli, *Literæ Remiſſionis, ſeu Indulgentiæ criminis.* 135
Volumen Cauſarum Syluanectenſium, *Rotulus cauſarum Senlitenſium.* 14

FINIS.

ELENCHVS SENTENTIARVM INSIGNIVM, PRÆTER EA, QVÆ EX TITVLIS CAPITVM INDICANTVR.

A.

ABOOLOMINVS Ruſticus Tyriorum Rex inauguratus. Pag. 22
Abigei grauiſſimè puniendi. 76
de Accuſarionibus. 133.
Accuſator pro arbitrio alteri cedit actionibus ſuis, Moribus Fràcicis. 134
Actui reuocatorio inter liberos teſtamenti antea condm ſolconia Teſtamentaris minimè neceſſaria. 28
Actorum nomine continentur mandata cuiuſque poſt sema. 28
Ad arma ab atarro tranſlatæ manus nullum militarem laborem detrectant. Ex Senec. Epiſt.18. 145
Admeri segis armeota pauit Apollo. 68
Admioiſtratorem Ciuitatis ex vſu pecuniæ frumentariæ maximas vſuras debere. 65
Adoleſcentes vſque ad annnm. 30. dicti. 76
Adoois, paſtor. 69
Aduocati vindemiarum tempore, cum Muſis in gratiam redeuot. 53
Aduocatorum qnorumdam vita irrequieta. 78
Aduocati confeſſionem clienti regulariter nocere, niſi incontinenti reuocatam. 91
Ædificiorum Ruſticorum non eadem habetur ratio, quæ vrbanorum. 42
Ædificia Ruſtica ad modum agri copiáſque fructuum compatantur. 42
Ædilium Cerealium munus in frumentaria cusatione. 61
Ægeum mare, à capris dictum. 69
Ægyptus lino abundat. 75
Ægyptiorum populus qnondam in Paſtores, Agricolas, & Opifices diſtriburus. 66
Ægyptiis ac Syris nulla habetur oobilitas. 142
Ælius Pertinax auctor contractus fundorum vectigalium in annos centum, & aliqoando in perpetuum. 40
Æs primitùs nota pecudis ſignatum. 68
Ætatis legitimæ appellatione, noo continetí veoiam ætatis. 75
Ætatis humanæ quinque gradus. 76
Æthiopis iſchiaticis, pleuriticis, & ſanguinem reiicieutibus auxiliatur. 83
Ager nullus tam ſterilis, & infœcũdus, quio cultura nireſcat. 38
Ager, Hippodami lege, in ſacrũ, publicum, & priuatum diuiſus. 37
Ager priuatus, ſingulorum Agricolarum dictus. 38
Ager Dominicus, per triennium à oouo parocho Donatiſtatum tempore excultus, ipſimet Concil. Carthagioen. addictus. 58
Ager colonus, ea pars agri quæ ad arandum eſt accommodata. 55
Ager, viuendi hominibus pater. 84
Ager Romanus à Numa in pagos diuiſus. 94
Ager Chriſtianus parochiis & Vicis diſtinctus. 94.
Ager, virtutis ac vitæ iogennæ magiſter cunctis hominibus. 96
Agennenſium indictiones, prędiarię ne ſint, an perſonales. 25
Aglaus Pſophidius Ruſticus fœlicior Lydorum Rege iudicatus. 25
Agnatis deficientibus, cognatos fiſco præferri. 100
Agoatitia fundorum redemptio non anseſertur patsooali, oiſi in feudis paternis. 109
Agrum omnia ad vitam neceſſaria ſuppeditare. 37
Agrum ſacrum eum dici, vnde diis ſacra fiesens. 38
Agrum publicum, qui bellantibus victum ſuppeditaret. 38
Agrum quamuis fertilem, ſine cultura fructuoſum eſſe non poſſe. 39
Agri metati. 64
Agri quomodo in cenſum seferri debeant. 64
Agri qnidam valetudini noxij. 79
Agri antiqoitùs publicè limitati fuère. 98
Agrorum culturam opera magis quàm impenſa conſtare. 59
Agrorum curationem, Cẽſorinus opus Ro-

mæ fuiſſe. 19
ad Agrorum culturam pertinentia,communibus Iuris regulis non ſubiiciuntur. 39
Agrorum peſſima conditio, à dominorum conſpectu longè diſiunctorum. 57
Agrorum in cenſum eeferendorum forma. 64
Agrorum culturæ diebus etiam feſtis licenter aliquando inſeruiendum. 54
Agrorum metatores,& Agri metati. 64
Agrorum inſalubritas à I.C.notata. 79
Agros publicos in perpetuum conductos, à curatore Reipub.non poſſe reuocari. 40
Agros inſpecta aquarum & viciniæ ratione parandos. 65
Agros quoſdam eſſe valetudini noxios. 78
in Agro peſtilenti ſumptus non faciendi. 78. & 79
ex Agris milites generoſiſſimos & viros fortiſſimos gigni. 142
Agricolatio , ex ſumma neceſſitate , die Dominica aliquando permiſſa. 56
Agricolationis methodus & ordo. 56
Agricolatione feritatem populi Rom. Numa perdomuit. 57
Agricolæ primum priuilegium. 9
Agricolæ, Græcis bellis,ſementis etiam iacturam paſſi. 10
Agricolæ ab Alexand.3. Pontif. publicæ tutelæ commiſſi. 10
Agricolæ debitor in duplum damnandus. 19
Agricola,Iudicis officio,interdũ & Reſcripto in integrum eeſtituendus. 21
Agricolarum fœlicitas. 24
Agricolæ potentiorum iniuria preſſi ſeſe in nobilium ſeruitutem quodammodò addicebant. 27
Agricolæ quibus ex cauſis eeſtituantur in integrum, vel excuſentur. 27
Agricolæ planè ſunt forenſium actionum ignari. 29
Agricola ſylueſtrem alterius regionem ingreſſus,poſt triennium reſtituere non cõpellitur Georgica lege. 39
Agricolæ conductores publicorum prędiorum frui iubentur. 41
Agricola omnes fructus Deo acceptos ferre debet. 54
Agricolam ſuſceptum opus deſerentem, Georgica lege mulctari. 58
Agricolis ius ſummatim & celeriter reddẽdum. 88
Agricolæ rei militaris nõ omninò expertes. 141
Agricolæ canes & aues ad venandum tenere non poſſunt in ſuis Pagis. 141
Agricultura apud Iudæos à militantibus nullatenùs infeſtata. 10
Agricultura terreſtris cœleſti valde affinis. 39
Agricultura ſanis optimum corporis habitum promittit. 78
Agricultura vel ab honeſtioribus magnoperè amplectenda. 96
Agriculturà dignitatem nõ minuit, niſi ſordidè tractetur à vilibus & abiectis. 96
Agriculturæ quæſtus,pius ſtabiliſſimuſque. 19
Agriculturæ peritiam Dentato, & Fabritio in adminiſtratione Reipub. non obſuiſſe. 22
Agricultorem ad ſolutionem reditus decẽnio penſitati,nulla pręcedente obligatione,non compellendum. 37
Agreſtis vita iampridem à multis cum vrbana commutata. 23
Agreſtes viros non eſſe incapaces munerum ciuilium. 22.& 23
Agreſtes primitùs quædam in cœlo ſigna obſeruarunt. 85
Agrariũ ius in Normania prius ſoluitur, quàm decima. 16
Agrariæ leges. 41
Alexandri Seueri edictum , in ſumma caenium bubularum , & porcinarum caritate. 76
Alimenta,vel remedia agreſtia, domeſticis ſalubriora. 79
Alimentorum legatum ad pubertatem vſque relictorum,non deberi poſt. 18.ætatis annum. 76
Alimentorum legatorum obligatio recipit diuiſionem. 132
Alimenta exhæredati filio adiudicata. 137 & 138
Alphonſus *d'Aragon*,Rex Neapolis,& Siciliæ. 62
Alphonſus frater S. Ludouici Galliæ regis. 96
Amalteæ cornu. 19
Ambitio ad immenſos labores ſubeundos homines impellit. 22
Anachoretæ veteres in nemoribus & ſyluis vitam duxerunt. 83
Anaxagoras voluit agrum ſuum omnibus eſſe compaſcuum. 74
Andræas Bononienſis ſcripſit Iuramenti priuilegia. 2
Anglica Lex contra lentos debitores. 20
Anglica lex,de non vendendis extraneo patria mercibus. 59
Anglicæ leges veteri idiomate Normanico ſcriptæ. 142
Anglicę res olim labefactatæ in Normania, armata plebe iugũ indies excutiente. 143
Animi mores & temperamentum ſequuntur optimam corporis conſtitutionẽ. 82
Animalia in mouentium genere comprehendi. 68
Animantium brutorum variæ formæ ex remotiſſimarum Regionum varietate. 77
Anni tempus,quo pecus in prata immittẽdum. 74
Annonaria lex. 47
Annonæ caritas, ex frumentorum, quæ in herbis

herbis ſunt,commercio. 47
Annonam attentare, aut vexare, prohibitum. 47
Antichreſis,eſt hypothecaria fundi poſſeſſio creditori data à debitore. 18
Antichreſis prædiorum Agricolæ,legibus irrita. 18
Antichreſis communiter quare recepta. 18
Antichreſin à Thraciæ fœneratoribus manaſſe. 18
Anus Aſſyriæ,Ægyptiæ,Luſitanicæ antiquitùs ſanare languentes conſueuerant. 79
Aphtoniæ pietas, in adprobando matris teſtamento,quamuis inofficioſo. 118
Aphonitrum creſcit in Scythia potiſſimùm. 75
ex Apibus magna Agricolæ venit vtilitas. 68
Apios ſeu Iſchas, è Creta & Apulia ad nos adfertur. 81
Appellatio ab arbitris non interponebatur lege Antonini Cæſaris. 112
Appellatio ab arbitris ad ordinarios iudices,Conſtitutione Ludouici.12.Reg. 113
Apollo Admeti regis armenta pauit. 68
Apollonius Thianeus populum iuuit in magna annonæ caritate. 59
Apii bardeta in morbis ſibi medentur. 81
Apuleij Opus de Betonica. 79
Aquagium,quaſi aquæ agium,ſeu aquæ ductus. 139
Aragonum Regis liberi ea filia Regis Caſtulonenſis, donatarij. 99
Arator,& Opilio non idem. 66
Aratores mercenarij,vt ſordidi, à ſacerdotio,& Vrbicis honoribus arcendi. 23
Aratoria inſtrumenta, Aratorum arma. 57
Aratorij inſtrumenti furtum apud Phryges capitale. 17
Aratoria inſtrumenta in ſubſidium poſſe capi in cauſam iudicati. 17
Aratoria inſtrumenta apud Græcos pignerari prohibita, 17
Arbitri & Iudicis differentia. 113
Arbitrorum Edicto minorem non comprehendi. 113
Arbitrij pœna, pronocatione, etſi ei renunciatum ſit, ſemel commiſſa. 113
Archimedis tumulus à Cicerone inueſtigatus. 86
Arboris rami hortum vicinum obumbrantes amputandi. 64
Arbores grandes ſyluæ non cæduæ in fructu non cenſeri. 62
Arbores vi euerſas in fructu non haberi. 63
Arborem in confinio poſitam ad vtrumque vicinorum pertinere. 64
de Arboribus ſatis in fundo communi. 101
Arborum fructus cum fundi locatione tranſire. 44
Arcis conſtruendæ modus. 140
Areopagitæ animaduerterunt in puerum coturnicum oculos eruentem. 136
Areſtum Curiæ, de vſuris pupillaribus. 13
Areſtum, de ceſſione bonorum. 13
Areſtum de meſſe, niſi vocato Terragij domino,non colligenda. 16
Areſtum de debitoribus,niſi poſt quadrimeſtrem moram,duplo non plectendis. 19
Areſtum de ſoluendis decimis à priuilegiario fundum conducente, vel à priuilegiarij colono. 26
Areſtum de teſtamentis non ſignaris à teſtatore. 28
Areſtum, de ſolennibus Actus renocatorij inter liberos teſtamenti antea conditi. 28
Areſtum de donationibus inter Ruſticanos inſinuandis. 22
Areſtum, de donatione in piam cauſam collata actis publicanda. 33
Areſtum, pro Reſignatario contra auctorem ſuum de penſione reſeruata. 39
Areſtum, ius repræſentationis locũ habere in ſucceſſione rei emphyteuticæ, ſicut in mera ac pura hæreditate. 42
Areſtum de reputatione impendiorum factorum in prædio ruſtico. 42
Areſtum, colonum vel inquilinum ab emptore non eſſe expellendum, niſi priuatim ac peculiariter denunciata illis emptione. 44
Areſtum, non deberi emphyteuticum canonem præteritorum annorum, quibus ab hoſte fundus erat occupatus. 45
Areſtum, tertium poſſeſſorem rei obligatæ fundo cedentem, actione iam conteſtata, ſolùm pro modo fructuum perceptorum teneri. 46
Areſtum, contra præſcriptionem actionis hypothecariæ. 46
Areſtum,de horto domui adiacente ab eadem interdum diſtinguendo. 47
Areſtum, fundi vicini domino iter eſſe à vicino præſtandum. 48
Areſtum de pecuniaria fundi conducti penſione in frumentariam conuertenda, propter annonę tum caritatem. 50
Areſtum, ex venditione reditus prædiarij laudimia competere domino directo. 52
Areſtum,de grandibus arboribus ſyluæ non cæduæ. 63
Areſtum, de Regalia Tarbellorum. 65
Areſtum,de regalia Sancti Floti. 66
Areſtum, de ſocietate inter coniuges. 71
Areſtum de effectu vxoriæ bonorum communionis. 74

Areſtum Curiæ, de re annonaria. 76
Areſtum, maioris ætatis verbo nubilem aliquando ſignificari. 76
Areſtum de Bleſorum Comitatu. 90
Areſta duo ſecundùm peremptionem inſtãtiæ. 90
Areſtum, de peremptione inſtantiæ in cauſa Claromontana. 90
Areſtum, de iureiurando in litem contra tutores. 93
Areſtum, de pecuniaria criminis perſecutione in hæredem criminoſi, licet antea non delati inter reos. 93
Areſtum pro nobilibus Rhedonenſis ciuitatis Armoricæ, qui Aduocationis Iudicúmque officio fungebantur. 95
Areſtum, deficientibus ex vna linea hæredibus, cognatos ex altera præferri fiſco. 100
Areſtum de iure hypothecæ conſtituto in re communi ab vno ex ſociis debitore. 101
Areſtum aduerſus donationem inter virum & vxorem. 102
Areſtum de iuribus communibus inter coniuges. 102
Areſtum, pro donatario, nequicquam obſtante donationis reuocatione. 103
Areſtum, quid veniat hoc verbo, hæredes ex ſuo corpore. 105
Areſtum vulgò dictum, *L'arreſt de l'Angelier* 107
Areſtum, pro fideiuſſore euictionis fundi venditi, eodem retrahente iure ſanguinis & agnationis. 107
Areſtum, fructus pendentes ſequi ſundum redemptum à venditore. 107
Areſtum *de Vialart*, & Areſtum *de Courbeſaſſe* vulgò vocata. 110
Areſtum, *Montholonij* nuncupatum, ſuppoſititium & planè nugatorium. 110
Areſtum de diſpẽſatione bonorum, quibus quis interdictus fuit. 111
Areſtum, de commiſſione pœnæ compromiſſo appoſitæ. 113
Areſtũ, de paterno iudicio ſucceſſionis conſeruatorio. 115
Areſtum de iis, quæ pœnæ cauſa relinquuntur. 118
Areſtum, de patrimonij totius legato in piã cauſam facto. 119
